

BP WINCENTY URBAN

REPERTORIUM  
DOKUMENTÓW FRYDERYKA BERGHIUSA  
DO HISTORII DIECEZJI WROCŁAWSKIEJ

LUBLIN 1984

## W S T Ę P

Przystępując do opisu repertorium dokumentów diecezji wrocławskiej z XVII wieku — pragniemy podać na początku krótki zarys życia jego autora.

Kanonik kapituły katedralnej we Wrocławiu Fryderyk Berg — Berghius położył dla kultury diecezjalnej bezsprzecznie doniosłe zasługi<sup>1</sup>. Mimo wielu włożonych trudów i znacznych zasług, niewiele wiemy o jego życiu. Zachowane wiadomości o jego działalności noszą na sobie charakter raczej urywkowy i okazyjny.

Nie znamy miejsca i dokładnej daty jego urodzenia. Na podstawie innych obliczeń, nie metrykalnych, przyjmuje się jako datę urodzenia Berghiusa rok 1576. W czasie pobytu we wrocławskiej kapitule Berghius zaprzyjaźnił się serdecznie z miejscowym kanonikiem Mikołajem Troilo. W 1640 roku polecił napisać na nagrobku Troila w katedrze wrocławskiej, że był jego przyjacielem przez 41 lat, czyli zawarcie tejże przyjaźni przypada na rok 1599.

W chwili zawarcia węzła szczerej przyjaźni Berghius liczył 23 lata, więc rok jego urodzin przypadłby na 1576<sup>2</sup>.

Studia swoje uwieńczył doktoratem prawa kanonicznego<sup>3</sup>, który zdobył najprawdopodobniej na uniwersytecie bolońskim. Dzięki prowizji papieskiej został wrocławskim kanonikiem 4 maja 1607 roku<sup>4</sup>. Sprawę jego przyjęcia do kapituły wrocławskiej poruszali kanonicy na swych sesjach kapitulnych 22 i 29 marca, 5 i 27 kwietnia 1607 roku<sup>5</sup>. W międzyczasie Berghius przyjął wyższe święcenia. Sakrament kapłaństwa otrzymał 9 czerwca 1607 roku<sup>6</sup>.

<sup>1</sup> Niemiecka pisownia tego nazwiska brzmi Berg. W aktach kapituły wrocławskiej (Archiwum Archidiecezjalne we Wrocławiu, skrót — AAW, sygn. III b 11) używano raz pisowni — Bergius, innym razem — Berghius. Na płycie nagrobkowej, którą polecił sporządzić w katedrze wrocławskiej w 1625 roku sam Berghius, widnieje forma „Fridericus Berghius canonicus Wratislaviensis”. Ponieważ na repertorium dokumentów jest pisownia nazwiska „Berghius”, przeto i w tekście przyjęto tę formę.

<sup>2</sup> Por. napis na nagrobku dziekana kapituły Mikołaja Troilo (zm. 2 XII 1640), mieszczącym się w katedrze poza prezbiterium. Nagrobek wystawił swemu przyjacielowi „Fridericus Berghius, canonicus Wratislaviensis amico per 41 annos incomparabili”.

<sup>3</sup> AAW: „Notata ex actis capituli 1599—1649”, sygn. III b 35, na kapitule generalnej w 1614 r. między obecnymi podany jest „can. Fridericus Bergius, dr iur. can.”.

<sup>4</sup> AAW: Acta capituli 1599—1610, sygn. III b 11, s. 289—290 podaje sprawozdawca (4 V 1607): „canonicis ad sonum campanae loco capitulari capitulariter congregatis... lectum fuit statutum de praebendis optandis... Rev. Dom. Frid. Bergius humiliter vocem et locum in capitulo petiit... Domini unanimiter consenserunt”.

<sup>5</sup> AAW: III b 11.

<sup>6</sup> AAW: „Matricula seu cathalogus eorum, qui sub me Balthasaro Neandro Archidiacono Wratislaviensi examinati et ad sacras clericorum ordines promoti fuerunt ab Anno Domini 1601, incipiendo a die 15 Mensis Junii”, sygn. II b 25, k. 61. Kanonik Fryderyk Berghius w 1607 roku został dopuszczony do święceń subdiakonatu (Sabbatho Cinerum), diakonatu (Sabbatho Sitientes) i kapłaństwa (Sab-

W tymże samym roku, jak podają akta kapitulne (9 VIII 1607), kanonik Fryderyk Berghius został bibliotekarzem<sup>7</sup>. Zamierzył on wtedy przygotować katalog księgozbioru Biblioteki Kapitulnej. Kapituła wyraziła swą zgodę i wierzyla mu klucze do biblioteki. Kanonik Berghius liczył wtedy 31 lat życia. Z zapałem przystąpił do powierzonego mu zadania. Przez osiem lat pracował nad trudnym przedsięwzięciem. W 1615 roku przedstawił kapitule owoc swojej pracy pt. *Index librorum Bibliothecae Ecclesiae et Capituli Vratislaviensis Concinnatus opera Frid. Berghii canonici Vratislaviensis*. MDCXV<sup>8</sup>. W tym roku kapituła zezwoliła Berghiusowi na malowanie sali bibliotecznej, budynek pod uwagę, iż przy porządkowaniu księgozbioru naleykał się on wiele razy.

Drugim owocem działalności Berghiusa było uporządkowanie zbiorów archiwalnych w latach 1617—1619. Uwieńczeniem tej pracy jest repertorium dokumentów pt. *Index privilegiorum ac aliorum scriptorum, quae sunt in Archivis Ecclesiae et Capituli Vratislaviensis, concinnatus opera Frid. Berghii canonici Vratislaviensis MDCXIX*. Berghius przedłożył kapitule wynik swojej pracy na posiedzeniu kapitulnym w dniu 26 lipca 1619 roku<sup>10</sup>. Dzieło to zawiera regesty dokumentów o podziale rzeczowym.

Kanonik Berghius wystąpił jeszcze w czasie wojny trzydziestoletniej w sprawie obsadzenia na wrocławskim biskupstwie młodocianego królewskiego polskiego Karola Ferdynanda, syna Zygmunta III Wazy. Po wybuchu wojny trzydziestoletniej w Czechach dochodzi do detronizacji króla czeskiego Ferdynanda Habsburga i do elekcji Fryderyka V, elektora Palatynatu, zwanego „królem zimowym” (1619—1620). Biskup wrocławski arcyksiążę Karol Habsburg, brat Ferdynanda, wyjechał do swego szwagra Zygmunta III, króla polskiego<sup>11</sup>. Gdy Fryderyk V przybył w 1620 r. na Śląsk w celu odebrania hołdu, został przyjęty z radością przez protestantów. Inni mieszkańcy wrocławscy stanowili stanowisko wyczekujące. Kapituła wrocławska namyślała się dopiero o tym, czy złożyć hołd nowemu królowi. Część opowiadała się za przyjęciem nowego władcy. Deputowano nawet kanoników do przyjęcia króla, lecz ad-

batho Pentecostes), po przeprowadzonym egzaminie przez archidiakona Balta-  
Neandra oraz kanoników Klimanna, Bernitiusa i Kolsdorfa. Por. Urban W.  
*Archidiakon Piotr Gebauer i jego biblioteka z XVII wieku*. „Colloquium Sal-  
9: 1977 s. 61—73; Cwięczek G.: *Królewicz Karol Ferdynand Waza jako biskup*  
wrocławski. W: *Studia z historii Kościoła w Polsce*. Warszawa 1973, t. II, s. 160—

<sup>7</sup> AAW: III b 11: R.D. Bergio volenti conficere librorum indicem secundum  
materias rerum, facta fuit licentia in hunc finem accipiendi claves et biblio-  
thecam disponendi.

<sup>8</sup> Por. Jungnitz J.: *Geschichte der Dombibliothek in Breslau*. „Silesia”  
Wrocław 1898 s. 190. Fliegel M.: *Die Dombibliothek zu Breslau im ausge-  
henden Mittelalter*, Wrocław 1919 s. 12. Kodeks ten wywieziony z Biblioteki Uni-  
wersyteckiej we Wrocławiu na prowincję przed zbliżającym się frontem w 1945 r.  
nie znalazł się do tej pory.

<sup>9</sup> AAW: III b 11 (15 V 1615). „A.R.D. Berghius petiit etiam licentiam exornandi  
locum Bibliothecae quibusdam picturis. Merito ei etiam Ven. Capitulum favit  
laudem et memoriam, vel hoc intuitu, quod in perpurgandis et ornandis libris  
tot pulveres devoravit”.

<sup>10</sup> AAW: III b 12, pag. 403: „A.R.D. Berghius Archiviorum a se in ordi-  
nem digestorum Indicem Ven. Cap. obtulit. Cui non solum pro singulari impenso la-  
boris et industria sollemnissime gratia agenda, sed insuper Conclusum, ut eidem residuum  
debitum Fabricae remittatur, et de maiori aliquo munusculo insuper spes  
Ita tamen, ut de reliquis scriptis Venlis Capli in ordinem redigendis familia  
exoretur”.

<sup>11</sup> Por. Czaplinski W.: *Elekcja ostatniego polskiego biskupa wrocławskiego*  
1620, Wrocław 1948.

nistratorzy biskupstwa odmawiali złożenia przysięgi Fryderykowi. Druga część wpływowa była innego zdania i podała nawet na piśmie skierowanym do swego biskupa arcyksięcia Karola motywy skłaniające ją do złożenia przysięgi. Autorami tego pisma byli archidiakon Sebastian Hartmann von Königsheim i kanonik Fryderyk Berghius<sup>12</sup>. Chociaż biskup Karol opowiedział się przeciw uznaniu Fryderyka, to kapituła uznała go ostatecznie 28 lutego 1620 roku za króla czeskiego.

Na wezwania króla hiszpańskiego Filipa IV arcyksiążę Karol biskup wrocławski zdecydował się udać do Hiszpanii i objąć tam stanowisko wicekróla portugalskiego. W związku z tym ponownie wysunął pomysł mianowania koadiutora na biskupstwie wrocławskim, biorąc pod uwagę jako kandydata królewicza Karola Ferdynanda Wazę. Gdy po dłuższych pertraktacjach doszło rzeczywiście do wyboru Karola Ferdynanda na biskupa wrocławskiego w dniu 3 maja 1625 roku w katedrze wrocławskiej, to w liczbie 16 wyborców widzimy tam również kanonika Fryderyka Berghiusa opowiadającego się za królewiczem<sup>13</sup>.

Inne stanowisko, bardziej niechętnie Polsce, zajął Berghius w 1638 roku. W tym roku arcybiskup gnieźnieński Jan Lipski zaprosił biskupa Karola Ferdynanda na synod prowincjalny. Kapituła obawiała się, aby przez to nie wzmogły się węzły metropolitalnej jurysdykcji, jaką miało Gniezno względem swej sufraganii we Wrocławiu. Tym razem kapituła szukała oparcia aż u cesarza, a kanonikowi Berghiusowi powierzyła opracowanie memoriału „de praetensa metropolitana iurisdictione archiepiscopi Gnesnensis supra episcopatum Vratislaviensem” celem wręczenia go cesarzowi. Memoriał ten znany z odpisu był wręczony cesarzowi Ferdynandowi III w Wiedniu przez kanonika Jana Besta. Tenor pisma opiera się przede wszystkim na warunkach politycznych, które umożliwiają rozdział biskupstwa wrocławskiego od gnieźnieńskiej metropolii<sup>14</sup>.

<sup>12</sup> Heyne J.: *Dokumentirte Geschichte des Bisthums und Hochstiftes Breslau*, Wrocław 1868, III, s. 165.

<sup>13</sup> Czaplinski: *Elekcja*, s. 38; Cwieczek: *Królewicz Karol Ferdynand Waza jako biskup wrocławski*, s. 83—85.

<sup>14</sup> AAW: III a 5: „Rationes cur Episcopatus Vratislaviensis non spectet in Provinciam Gnesnensem et sub Archiepiscopum seu Metropolitanum illius”.  
Primo: Ante 300 et plures annos facta est translatio Silesiae a Regno Poloniae in Regnum Bohemiae. Cum itaque cum universitate transeat et Ius Patronatus sive Advocatia seu Tutelare, igitur et Ius Advocatiae vel Tutelare, quod habebant Reges Poloniae tanquam fundatores in Ecclesiam Vratislaviensem, transiit ad Regem Bohemiae, et ipse est verus Advocatus et Tutor Ecclesiae Vratisl. nec potest, nec debet directe vel indirecte hoc suo iure spoliari. Spoliaretur autem, hoc suo Iure indirecte, si Ecclesia Vratisl. iterum reduceretur sub Metropolium Gnesnensem, quae cum omnibus sibi subiectis Ecclesiis est de Iure Patronatus sive Advocatiae Regis Poloniae. Hinc sequitur porro, quod ex eo tempore Ecclesiae Vratisl. fuerit et est nunc sub Iure Advocatiae Regis Bohemiae, et non de Metropoli Gnesnensi quae est sub Iure Advocatiae Regis Poloniae. Inde enim contra consuetudines Ecclesiarum Polonicarum, in quibus habet Rex Ius nominandi episcopos et praelatos libera electio episcopi ad Venerabile Capitulum pervenit et stabilita est. Inde immediata subiectio et dependentia incorrupta serie per 300 annos in spiritualibus a Summo

Pontifice et eius Nunciis Germanicis prout post ea fusius inductione demonstrabitur.

- Secundo: Cum Rex et Regnum Poloniae, cuius Primas et praecipuus ex senatoribus est Archiepiscopus Gnesnensis, omni Iuri suo (nihil reservato de spiritali vel excepto) renuntiaverint, manifeste sequitur, quod etiam tunc Metropolitanus Iuri subiecta generali renuntiatione Archiepiscopus renunciaverit.
- Tertio: Id quod manifestis argumentis canonicis potest et demonstrari, et quidem a parte Archiepiscopi. Primo: Quod una cum Regno excluserit et excludi permiserit illico Vratislaviensem Episcopum a sessione et voto in Conventibus Polonicis. Secundo: Quod ad consecrationem suam numquam amplius Episcopum Vratislaviensem vocaverit, quod utique tot centenis annis vel semel factum fuisset, si praedictum Episcopum Archiepiscopus Gnesnensis pro suffraganeo habuisset. Tertio: Quod Archiepiscopi Gnesnenses exinde omnem curam et Tutelam Ecclesiae Vratisl. deposuerint, quae non solum multis bellis tam internis, quam externis vexata, omnibus suis bonis exuta, verum etiam ante 100 annos ab haereticis graviter impugnata et grassata fuit, nullo ab Ecclesia Gnesnensi apparente auxilio vel consilio, sed partim propriis mediis, partum Regum Boëmiae auxilio et patrocinio resurgere debuit. Quarto: Quod exinde Ecclesia Vratisl. nullius beneficii aut indulti, Ecclesiae Gnesnensi et eidem incorporatis, a Summis Pontificibus concessi, fuerit particeps facta, nec unquam indulgentiae concessae Ecclesiis Polonicis in hac Ecclesia publicatae.
- Quarto: A parte Episcopi et Ecclesiae Vratislaviensis. Primo, Quod nunquam ad consecrationem, electionem, et confirmationem electionis requisierint Archiepiscopum Gnesnensem, neque ipsius suffraganeos, quod tamen in consecratione omnino fieri debuisset si fuissent sub Metropoli ipsius. Secundo. Quod nullam exinde obedientiam praestiterint Archiepiscopo Gnesnensi. Tertio. Quod nullum subsidium illi unquam dederint. Quarto. Nullam visitationem ipsius unquam admiserint. Quinto. Nec appellationem vel provocationem ullam ad illum. Sexto. Quod ad synodos Gnesnenses nunquam per se vel per suos legatos comparuerunt. Septimo. Quod synodos suas sine requisitione immo mentione Archiepiscopi semper celebraverint et pro confirmatione Summis Pontificibus transmiserint, eamque sine requisitione Archiepiscopi obtinuerint. Octavo. Quod Ecclesia Vratisl. antiquissimum statutum nonmulto post translationem factam tempore fecerit, illudque semper stricte et sancte usque ad moderna tempora (ubi in favorem moderni serenissimi citra praeiudicium tamen eum una vel altera persona dispensatum fuerit) de in aeternum non recipiendis Polonis vel iisdem subiectis observaverit, quod utique factum nec fuisset nec potuisset, si ipsa Ecclesia fuisset de Ecclesiis Polonicis aut Gnesnensi quoad spiritalia subiectis, nec Gnesnensis, eiusque provinciales episcopi, immo nec ipsi Poloni id permisissent.
- Quinto: A parte Summorum Pontificum probatur. Primo. Quod Summi Pontifices semper Electionem factam Episcopi Vratislaviensis, sine omni petito informatione ab Archiepiscopo Gnesnensi confirmaverint. Secundo. Quod brevia et rescripta sua immediate ad episcopum Vratisl. et non mediante Gnesnensi direxerint semper. Tertio. Quod appellationes ad se vel nuncios Germanicos suas directas sine omni mentione aut requisitione. Archiepiscopi Gnesnensis receperint et recipi fecerint semper. Quarto. Quod

indulgentias non Ecclesiis Polonicis sed Germanicis et Bohemicis concessas immediate episcopo Vratislaviensi insinuaverint. Quinto. Quod dispensationes petitas semper per nuntium Germanicum, et nunquam per Polonicum promoveri et expediri fecerint. Sexto. Quod nunquam contra ista a nuntio Polonico (licet non dubitetur illos ab Archiepiscopo Gnesnensi et Polonis saepe stimulatos fuisse:) quicquam in Ecclesiam Vratisl. directe vel indirecte praesumptum vel attentatum fuerit. Septimo. Quod in Corpore Iuris Canonici reperiat extravagans Martini V. Pontificis anno 1415: Super Consuetudine Ecclesiae Vratislaviensis in materia censuum, ubi Pontifex mandat, non Archiepiscopo Gnesnensi, neque ulli ex episcopis Polonicis, sed tribus episcopis Germanicis: Treviriensi, Lubecensi ac Almacensi ut apostolicam ipsius decisionem solemniter in diecesi Vratisl. publicarent, et exequerentur, appellatione postposita, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo. Quod utique Pontifex non fecisset, si Ecclesiam praedictam non pro exempta, sed pro subiecta Ecclesiae Gnesnensi habuisset. Ex qua extravagante bene notandum, quod prius orta lite super censibus inter clerum, per nobiles et incolas Dioecesis Vratisl. non ad Archiepiscopum Gnesnensem, sed ad Sedem Apostolicam immediate fuerit recursum. Octavo. Quod haec controversia a Summo Pontifice fuerit suscepta et Cardinali S. Marci praefatarum consilio examinanda comissa. Nono. A Summo Pontifice decisa, et decisionis huius publicatio et executio Episcopis Germanis, et non Archiepiscopo Gnesnensi commissa. Denique quod nulla in tota Extravagante Archiepiscopi Gnesnensis et putativi sui iuris fiat mentio.

Sexto: Idem quoque probatur a parte Regum Bohemiae. Primo. Quia sibi acquisierunt cum omni iure Silesiam. Secundo. Quia Advocatiam praedictae Ecclesiae sibi acquisierunt, unde non probabile neque verosimile quod Reges Bohemiae, pro saepedicta Ecclesia in Regno et Ecclesiis Polonicis advocare unquam intenderint. Tertio. Quia Polonos et eisdem subiectos, in canonicos et ad beneficia et dignitates recipi vetuerunt unde convincitur, quod multominus caput Polonicum illi Ecclesiae relinquere cogitaverint.

Septimo: A parte Ducum Silesiae, atque adeo totius Cleri idem etiam convincitur. Nam illi propter continuas vexationes, quas a Polonis ex mutuo odio nationum perpessi sunt, se totaliter a Regno Poloniae separarunt, et Regno Bohemiae coniunxerunt, nec unquam mens ipsorum fuit in spiritualibus, Polonis hostibus et persecutoribus suis velle manere subiectos. Primo. Contra ista solidissima argumenta nihil faciunt levissimae obiectiones quae movent. Nam verum quidem est gliscente haeresi, et per illam Ecclesia Vratisl. valde concussa et turbata, captata occasione per hoc Archiepiscopos Gnesnenses unum vel alterum Episcopum Vratisl. praesumpsisse ad Synodum Provinciale[m] vocare, sed verum etiam est quamvis graviter ab haeticis afflictos illos Episcopos, libertatem tamen suae Ecclesiae inconcussam observasse et impune venire contempsisse. Unde pro libertate Ecclesiae fortissimum sumitur argumentum, alias enim si Archiepiscopo ius vocandi ad synodum competiisset, contemptores censuris ecclesiasticis et aliis remediis opportunis sub obedientiam revocasset, quod a nullo ex ipsis ne attentatum quidem; fortius stringitur dato non concesso quod etiam Episcopi venissent ad synodum, per hoc non praeiu-

dicassem suae exemptioni in omnibus aliis punctis prout hoc de Iure Canonico expeditum est, et vivum exemplum in hodiernum diem probat abbas Vincentius Vratisl., qui semper in synodis dioecesanis comparuit praesens, et tamen exemptioni suae per hoc ne minimum praeiudicavit, quia manet in hodiernum diem a Iurisdictione Vratisl. Episcopi exemptus, et Sedi Apostolicae immediate subiectus. Secundo. Non negatur ab Episcopo Martino publicata fuisse Decreta Synodi Gnesnensis, sed in non factum ex recognitione subiectionis, verum prudentissimo et salutari consilio requisito prius Capitulo suo, an expediat ista Decreta publicare cum illo synodus contra gliscentem haeresim, et excessus cleri salubriter multa ordinaverit, prudentissimus Episcopus etiam in suam dioecesim haec non tanquam praecepta aut decreta, sed tanquam salutaria monita et consilia introducere voluit. Inde autem non solum pro subiectione nihil convincitur, sed maximum argumentum pro libertate sumitur, eo quod Episcopus et ipse prius illa decreta examinaverit et Capitulo examinando transmiserit, quod utique facere non potuisset, sed omnino conclusis synodalibus parere, necesse habuisset, si subiectus fuisset. Nec est novum in Ecclesia Vratisl., sed vetusta consuetudine introductum aliarum ecclesiarum, bonos mores et ritus sibi applicare, prout plurimae ceremoniae, leges et ritus, ab ecclesiis Gallicanis in hanc Ecclesiam introducta sunt ab antiquo, et in hodiernum observantur, immo ipsa Gallica Lilia adhuc hodie in insignis episcoporum florent, numquam tamen inde Ecclesia Gallicana illam superioritatem in hanc Ecclesiam sibi praesumpserit aut arrogavit. Tertio. Illud quod de Sermo Carolo pientissimae memoriae obicitur nulla indiget refutatione, nam hoc argumentum causam adversariorum clarissimae ingulat, et pro libertate Ecclesiae Vratisl. militat, nam ipse Archiepiscopus Gnesnensis concedit Serenissimum Carolum petiisse coniunctionem Ecclesiarum Gnesnensis, tanquam Matris, et Vratislaviensis. Verum est: petiit, sed non obtinuit; petiit metu hostium, haereticorum et rebellium, auxilium et solatium sibi et Ecclesiae suae quaerens, fecit tamen sine consensu Capituli; non obtinuit, quia et Archiepiscopus et Regnum Poloniae quietem concussionem Ecclesiae praedictae, immo fugam et exilium Serenissimi Caroli, tanquam Episcopi inspexerunt; inde ergo convincitur clare, quod si petita est coniunctio antea non fuerit, et quod si non obtenta est, prout clarum, nihil obtinuisse Serenissimum, neque rem cum Capitulo et ipsius consensu fuisse coeptam, nec tunc nec modo factam illam praetensam coniunctionem, atque adeo Ecclesiam inviolabiter huc usque in Sua libertate perstitisse.

His itaque praemissis sequuntur rationes, quibus Sac. Caes. Msti suaderi possit, ut auctoritate Sua Caesarea Regiaque Ecclesiam Vratisl. ab impeditioe iniusta Archiepiscopi Gnesnensis defendere dignetur. Ac primo quidem prode considerandum est non solum Archiepiscopum suam, verum etiam Regni Poloniae per hoc causam agere, ac directe quidam intendere Episcopatum Vratisl. in spiritualibus sibi subicere; indirecte vero in temporalibus, non solum Episcopatum, sed successive totam Silesiam Regi ac Regno Poloniae. Secundo. Hoc fine non solum Rex Poloniae, verum etiam ipsum Regnum, causam ipsius fovere et propugnare videtur. Tertio. In hunc finem videtur directa petitio Serenissimi Episcopi, quando a S.C. Rque Mste ius collaturae et patronatus super Silesitica beneficia

Kanonik Fryderyk Berghius zmarł 3 listopada 1641 roku<sup>15</sup>, w wieku 65 lat. Pochowany został w katedrze wrocławskiej. Na północno-wschodniej części ściany prezbiterium mieści się jego epitafium i złożona płyta, którą Berghius przygotował sobie jeszcze w 1625 roku<sup>16</sup>.

Niektóre książki swe, zwłaszcza greckie, ofiarował bibliotece przy kościele Marii Magdaleny we Wrocławiu<sup>17</sup>.

Jeśli idzie teraz o samo repertorium dokumentów pt. *Index privilegiorum ac aliorum scriptorum, quae sunt in Archivis Ecclesiae et Capituli Vratislaviensis, concinnatus opera Frid. Berghii canonici Vratislaviensis MDCXIX*, to przedstawia się następująco.

Stanowi ono własność Archiwum Archidiecezjalnego we Wrocławiu. Ozna-

et dignitates Suae Maiestati competens sibi concedi postulavit. Nam communi nostro iudicio meros Polonos isdem subiectos per Silesiam instituisset et sic, nisi fallimur, bonum fundamentum Polonicae factionis positum fuisset. Quarto. Obtenta subiectione Archiepiscopus Gnesnensis iurisdictionem non solum spiritualem, verum etiam temporalem in subditos suae Maiestatis et Episcopatus sibi arrogasset, eosdem in Poloniam convocasset, et incidisset Silesia in veteres Polonorum vexationes, ad quas evitandas ante 300 et complures annos Regno Bohemiae se coniunxit. Non levis hic suspitio est, nam meminimus ex Polonorum consilio nunquam agitatum fuisse, ne appellationes in temporalibus ad Suam Maiestatem, sed ad Sedem Apostolicam permitterentur. Quinto. Nec hoc extra oculos ponendum, quod facta subiectione Rex Poloniae ius tutelae in Ecclesiam Vratisl. sibi usurparet, immo collectas ab eadem sicuti ab aliis ecclesiis Polonicis exigeret et forte, ne amplius Sac. Caes. Maiestati contribuatur, inhiberet. Idque ea ratione, quod si Regno Poloniae in synodis et congregationibus episcoporum, episcopatibus et clero soleant indici; iam si Episcopus Vratislaviensis esset subiectus Gnesnensi, et teneretur ad synodum venire, teneretur quoque conclusa synodalia acceptare, et executioni in sua dioecesi demandare, et sic collectas ibidem conclusas regi Poloniae persolvere. Quae omnia et alia complura immediate ius regium Suae Sacrae Caesariae Maiestatis laederent, cum et iurisdictiones Episcopatus, et totius Silesiae violarent, et maximam continuarum litium inter vicinas istos Coronas, belloque funestissimo causam praebent.

O zleceniu Berghiusowi napisania memoriału por. Heyne: *Dokumentirte Geschichte*, III, s. 827. W sprawie przynależności Wrocławia do Gniezna piszą: Kastner A.: *Archiv für Geschichte des Bisthums Breslau*, Nysa 1863, III, s. 257; Sabisch A.: *Bistum Breslau und Erzbistum Gnesen, vor allem im 16. und 17. Jahrhundert*. „Archiv für schlesische Kirchengeschichte” 5: 1940, s. 136 i n.; Cwięczek: *Królewicz Karol Ferdynand Waza*, s. 174 nn.; Urban W.: *Zarys dziejów diecezji wrocławskiej*, Wrocław 1962, s. 25; Schulte L.: *Die Exemption des Breslauer Bistums*. „Zeitschrift des Vereins für Geschichte Schlesiens” 51: 1917, s. 1—29; Winowski L.: *Stosunki między biskupstwem wrocławskim a metropolią gnieźnieńską w latach 1740—1748*, Poznań 1955; Wojciechowski Z.: *Gniezno i Wrocław*. „Życie i Myśl” 1/2: 1951, s. 1—14; Wojtas M.: *Przynależność diecezji wrocławskiej do prowincji gnieźnieńskiej*. „Sprawozdanie Polskiej Akademii Nauk” 1928.

<sup>15</sup> AAW: III b 35, (Novem. 1641): „3 huius mortuus Dominus Bergius”.

<sup>16</sup> Por. napis na płycie nagrobkowej: „Fridericus Berghius canonicus Vratislaviensis hoc sibi monumentum mortuo erigi voluit”. Por. Hoffmann H.: *Der Dom zu Breslau*, Wrocław 1934, s. 122.

<sup>17</sup> Fliegel: *Die Dombibliothek*, s. 25.



czone jest sygnaturą III c 1. Oprawę jego stanowi tektura i skóra. Została ona zreperowana po ewakuacyjnym zniszczeniu (27 VII 1953 r.), któremu uległa w czasie wojennych działań na Śląsku w 1945 roku. Tłoczenia w oprawie mają linie i ornamenty roślinne. Na oprawie wyciśnięty jest też tytuł repertorium.

Materiałem piśmiennym tego zabytku jest papier. Zachowany jest format 31,5×40 cm. Pod względem objętości repertorium ma od 1 do 5 karty czyste, od 6—7 podane są „Tituli huius indicis sive regestii”, które przytaczamy tu w całości dla zapoznania się z układem całego repertorium.

Tituli huius indicis sive regesti:

Abbates, abbatissae . . . . .	RR
Acta iuridica diversa . . . . .	Y
Alienationes bonorum episcopatus . . . . .	K
Alienationes decimarum sive fertonum episcopalium . . . . .	K
Allodia et villae capituli . . . . .	B et BB
Allodia capituli abalienata . . . . .	CC
Allodia episcopatus vel sub episcopatu . . . . .	AA
Allodia episcopatus alienata . . . . .	KK
Altaria . . . . .	GG et SS
Altaria privilegiata (to jest dopisane później) . . . . .	WW
Altaria extra Wratislaviam . . . . .	X
Appellationes per capitulum factae . . . . .	Y
Archidiaconatus . . . . .	M
Alumnatus (dopisane później) . . . . .	XX
Bullae pontificiae et aliae literae Summorum Pontificum . . . . .	R et WW
Canonici accusati, eorumque actiones et causarum prosequutiones . . . . .	Z
Cancellariatus, Cantoria . . . . .	M
Capellae sive sacella extra Wratislaviam . . . . .	X
Castra episcopatus . . . . .	DD
Castra episcopatus alienata . . . . .	KK
Census annui et perpetui . . . . .	N
Census reemptitii in Wratislaviensi districtu et villis Venlis capituli ubicumque sitis itemque Sanctae Crucis ac vicariorum . . . . .	O et TT
Census reemptitii in reliquis Silesiae ducatibus, excepto episcopatu et Wratislaviensi districtu . . . . .	P
Census reemptitii in opidis ac villis, vel etiam super redditibus ac censibus episcopatus . . . . .	Q
Census alio quam ad capitulum aut ecclesiam s. Johannis spectantes . . . . .	X
Civitates episcopales . . . . .	DD
Concordiae, concordata, compactata, transactiones quoquo modo ad capitulum spectantes . . . . .	D
Confirmationes emptionum aut aliorum contractuum . . . . .	LL
Contractus episcoporum et capituli cum aliis celebrati . . . . .	LL
Contributiones sive steurae et alia subsidia . . . . .	E
Custodia, subcustodes, sanctuarii, sacristani . . . . .	M
Decimae . . . . .	F
Debita contracta vel soluta . . . . .	G

Decimarum alienationes . . . . .	K
Decanatus . . . . .	M
Deposita scripta apud capitulum . . . . .	OO
Eisenhammer . . . . .	H
Episcoporum electio et introductio . . . . .	S
Episcoporum obligationes vel gratiae capitulo factae . . . . .	EE
Episcopi contra capitulum vel canonicos procedentes . . . . .	EE
Episcoporum ministri, item tenutarii, hypothecarii et feudatarii	II
Excommunicationes et monitoria contra inimicos ecclesiae et capituli . . . . .	T et YY
Episcoporum iurisdictio, autoritas et praecellentia . . . . .	NN
Exemptio capituli et cleri Wratislaviensis ab omni telonio et gabellis . . . . .	C
Fabrica s. Johannis et eo spectantia . . . . .	PP
Fertones episcopales . . . . .	F
Fertonum episcopalium alienationes . . . . .	K
Feuda episcopalia . . . . .	II
Feudationes piae . . . . .	V et XX
Glasehütte . . . . .	H
Hospitale s. Johannis et villa Krintsch . . . . .	I et AA
Hypothecarii episcopales et eorum reversales . . . . .	II
Indulgentiarum promulgationes et pecuniarum inde collectiones	R et WW
Insula s. Johannis . . . . .	A
Inventaria episcoporum (dopisane później) . . . . .	V
Iuridica acta diversa . . . . .	Y
Iurisdictio plena capituli ab episcopis accepta . . . . .	EE
Ius capituli sede vacante . . . . .	S
Ius ducale capituli in suas villas . . . . .	L
Ius patronatus in quasdam ecclesias et altaria . . . . .	MM
(Po tym tytule dopisane — vide documenta ecclesiam Brigensem concernentia)	
Libertas cleri Wratislaviensis a telonio et aliis oneribus . . . . .	C
Maldratae . . . . .	F
Minerae . . . . .	H
Ministri episcopales eorumque reversales . . . . .	II
Monachi, moniales, monasteria . . . . .	RR
Molendina episcopatus et capituli . . . . .	QQ
Monetae cudendae ius . . . . .	H
Monitoria et excommunicationes contra varios ecclesiae et capituli hostes . . . . .	T et YY
Nuntiis apostolicis pecuniae datae vel negatae . . . . .	R et WW
Oppida episcopatus . . . . .	DD
Oppignerationes episcopo vel capitulo vel per episcopum ac capitulum factae . . . . .	G
Pecuniae ex indulgentiis . . . . .	R et WW
Pecuniae nuntiis apostolicis datae vel negatae . . . . .	R
Piscaturae ac piscinae capituli vel episcopi vel sub episcopatu . . . . .	FF
Praelaturae ecclesiae Wratislaviensis . . . . .	M
Praepositura . . . . .	M
Praedia capituli (dopisane później) . . . . .	BB

Privilegia singularia episcopo vel capitulo data: Maiestetbriefe . . . . .	C et L
Privilegia regum et principum contra oppressores ecclesiasticae libertatis . . . . .	T et YY
Processus iuridici contra turbatores ecclesiae, item contra haereticos eorumque fautores . . . . .	T et YY
Protestationes per capitulum factae . . . . .	Y
Querelae sive accusationes per capitulum factae . . . . .	Y
Reditus alio quam ad capitulum et ecclesiam s. Johannis spectantes . . . . .	X
Reversales ministrorum, tenentiariorum, hypothecariorum ac feudatariorum episcopi . . . . .	II
Sanctuarii, sacristani, subcustodes . . . . .	M
Schola et scholares pauperes . . . . .	I
Scholasteria . . . . .	M
Sententiae iudiciales vel arbitrarie contra invasores ecclesiae . . . . .	T et YY
Sententiae pro capitulo per privatos accusato latae . . . . .	Y
Sententiae inter ecclesiasticos et saeculares latae . . . . .	Y
Sententiae contra clerum latae . . . . .	Z
Statuta capituli et eo spectantia . . . . .	HH et XX
Synodi et statuta synodalia ibidem (HH et XX)	
Secreta (dopisane później) . . . . .	Z
Transactiones et concordiae quoquo modo ad capitulum spectantes	D et P
Testamenta episcoporum, canonicorum et vicariorum et inventaria . . . . .	V
Tenuarii episcoporum . . . . .	II
Venditiones bonorum episcopatus . . . . .	K
Vexationes capituli . . . . .	Z
Villae capituli . . . . .	B et BB
Villae capituli alienatae . . . . .	CC
Villae episcopatus vel sub episcopatu . . . . .	AA et VV
Villae episcopatus alienatae . . . . .	KK
Villae fabricae s. Johannis . . . . .	PP
Villae ad capitulum et ecclesiam non spectantes . . . . .	X
Wratislavienses et varia cum vel ab iis acta, quae ecclesiam et capitulum concernunt . . . . .	W
Później dopisano: Not. Delineatio altaris et tabernaculi ad lit. RR. reposita est.	
Emptio scultetiae Tscheschinensis 1726 . . . . .	PP
Emptio boni defuncti Georgii Jatzung rustici in villa Tscheschen 1739 . . . . .	LL

Karta 8 jest czysta.

Po karcie 8 następuje paginacja dawna od 1 a; pisana jest czerwonym atramentem i dochodzi do cyfry 154, z tym jednak zastrzeżeniem, że od stronicy 47 jest pomyłka, bo zamiast zaznaczyć 48, podano 58. Pomyłka ta widocznie zaszła przy pierwotnej oprawie. Po stronicy 38 podana jest sygnatura „K” i stronica 51; następnie idzie stronica 39 i sygnatura „H”. Mylnie też wstawione są karty ze stronicami 53, 54, 55 przed 47. Niezapisane są stronicy: 8, 20, 25, 26, 32, 35, 36, 37, 38, 40, 41, 42, 43, 44, 53, 54, 55, 59, 60, 61, 62, 74, 75, 90, 91, 92, 98, 104, 109, 110, 121, 122, 131, 132, 135, 136, 144, 152, 155 oraz następujące karty — 159, 162, 163r., 164, 176r., 180, 183, 185v., 186, 188v.,

189, 191, 192, 200, 201, 204v., 207, 209v., 210, 213v., 218v., 219, 220v., 221, 231v., 232v., 233 do 255. Od karty 154a do 255 paginacja jest jednostronna, wprowadzona w 1953 roku.


Niektóre regesty dopisał później sam Berghius po oddaniu repertorium w 1619 roku, głównie do roku 1624.

## I. TEKST REPERTORIUM


### A. INSULA S. IOHANNIS

1. Priuilegium Regis Wenceslai, in quo conceditur facultas muniendi insulam s. Iohannis, et aduehendi potum extraneum, et aliae libertates. Anno 1382.
2. Monitorium Auditoris Legati Pontificis cum citatione: contra Consules Vratislavienses, ut desistant ab aedificatione turris in ponte Summi. 1503.
3. Literae Vratislaviensium super aedificatione novi pontis ex nova civitate Summum versus. 1463.
4. Priuilegium Capitulo Ecclesiae Vratislaviensis super cerevisia triticali propinanda per Episcopum Jodocum concessum. 1461.
5. Priuilegium Episcopi Jodoci capitulo concessum pro fornace et horreo laterum faciundo. 1462.
6. Literae vicariorum super quadam area olim penes pistrinum sita, quae tum uni ex fratribus concessa, ita ut quotannis solveret capitulo mediam marcam. 1499.
7. Nicolai PP. confirmatio consuetudinis de cerevisiae Suidnicensis propinatione, ad episcopum Posnaniensem missa. 1452.
8. Nicolai PP. confirmatio consuetudinis de cerevisiae Suidnicensis propinatione. 1452.
9. Episcopi Conradi processus contra consules Vratislavienses super cerevisia Suidnicensi. 1446.
10. Citatio Vratislaviensium ad instantiam capituli super spolio cerevisiae Suidnicensis. 1446.
11. Fasciculus literarum in eadem causa:
  1. Conradi episcopi processus contra Vratislavienses.
  2. Vratislaviensium saluus conductus episcopi et ecclesiasticis ad octiduum datus.
  3. Episcopi literae ad capitulum.
  4. Capituli literae ad senatum.
  5. Capituli literae ad Braxatorum communitatem.
  6. Capituli literae ad congregationem Mercatorum.
  7. Capituli literae ad communitatem Lanionum.
  8. Capituli literae ad communitatem Pellionum.
12. Processus super confirmatione consuetudinis vendendi cerevisiam Suidnicensem in Summo per capitulum. 1455.
13. Monitorium Angeli legati apostolici super libertate propinandi cereuisiam Suidnicensem et triticeam. 1489.
14. Literae ratione aedium et horti retro capellam s. Martini, quorum illa ad capitulum s. Joannis, iste ad s. Crucem spectat, ita ut et capitulum s. Crucis, si velit, eum totum demoliri et portam eo spectantem obturare queat. 1368.
15. Capituli literae super horto aedium penes capellam D. Martini. 1400.

Tabl. I. Ilustracje do pracy Bpa Urbana



2. Zewn. wygląd Repertorium Berghiusa



1. Repertorium Berghiusa w kał wrocł.

16. Capituli literae super eodem horto. 1404.
17. Rudolphi episcopi literae, quibus donat capitulo in perpetuum quandam domunculam prope Notariam. 1482.
18. Libellus quidam scriptus in membrana, continens diversas literas super ecclesiam s. Aegidii ibidem.
19. Incorporatio decimarum in Hermanssdorff et Tempelfeld prope Wanson pro una praebenda s. Aegidii. Item erectio praepositurae ibidem, et quod canonici s. Aegidii utantur habitu canonicali, ut in ecclesia cathedrali. 1329.
20. Preclai episcopi literae pro praebenda s. Aegidii a se noviter erecta et extinguenta cum persona. 1368.
21. Ludovici Ducis Brigensis literae super decem marcas in villa Dackerau ad altare in ecclesia s. Aegidii Wratislaviae, quod incorporatum est praepositurae eiusdem ecclesiae. 1383. Vidimatae per capitulum. 1525.
22. Cardinalis s. Chrysogoni legati apostolici literae super incorporatione praepositurae s. Aegidii pro ambona ecclesiae s. Joannis. 1539.
23. Preclai episcopi literae super permutatione ecclesiae Omnium Sanctorum, quam cessit episcopus et capitulum abbati s. Vincentii pro ecclesia s. Martini; itemque commutatio decimarum in Cammelwitz in fertones pro dicto abbate. 1368.
24. Abbatis s. Vincentii literae super permutatione ecclesiae Omnium Sanctorum, quae sibi obligit, data contra episcopo ecclesiae s. Martini in Burgo. Item de decimis in Cammelwitz commutatis in fertones. 1370.
25. Tenor supplicationis ad Sanctissimum pro incorporatione ecclesiae s. Martini cum quadam praebenda ecclesiae s. Joannis. 1380 vel circiter.
26. Instrumentum publicum de domo s. Martini in castro, quae fuit annexa praebendae et resignata est ad manus capituli, quod capitulum de communibus proventibus dare debet duas marcas censuales singulis annis, officianti dictam capellam. 1400.
27. Caroli IV-ti literae super aream capellae s. Martini in Summo castri Vratislaviensis. 1351.
28. Pronunciatio arbitrorum praepositi Lubucensis etc. super aream capellae s. Martini. 1352.
29. Henrici ducis Silesiae literae super areis ecclesiae in castro et in summo. 1257.
30. Preceslai episcopi literae super commutatione duarum arearum inter duos canonicos ad tempora vitae. 1361.
31. Jacobi episcopi literae, ubi donat capitulo domunculam prope tabernam maiorem. 1528.
32. Collatio domus prope curiam episcopalem cuidam Georgio Freiberg facta per episcopum Jodocum, de consensu capituli. 1460. Item Petri episcopi literae super eandem domum, cuius collationem dicit spectare ad episcopum. 1455.
33. Literae capituli indicantis originem duarum domuncularum (nunc quidem unius domus eiusdem domini Strachwizii cantoris et canonici) circa scholam s. Joannis. 1518.
34. Balthazar episcopus confert Cochleo domum, prope domum vinariam. 1540.
35. Preclaus episcopus excommunicat praelatos et canonicos s. Crucis, eo quod sepes pistinum et alia aedificia circa litus Oderae aedificata et

- obstruentia communem transitum ad aquam Oderae non diruerunt. 1375.
36. Interlocutoria iudicum de Praga in causa capituli ecclesiae Wratislaviensis contra capitulum ecclesiae sanctae Crucis super areis et aliis emergentibus ex causa eadem. 1376.
  37. Instrumentum concordiae inter capitula maioris et sanctae Crucis ecclesiarum super curiis, domibus, horreis et areis, viis, finibus et limitibus et terminis in Summo. 1376.
  38. Rudolphi episcopi literae super incorporatione mansionariae pro organista ecclesiae s. Joannis 1477.
  39. Wenceslai regis rati habitio Concordiae Colobratianae capituli cum civitate — de cerevisiae propinatione, mechanicis et turri in ponte. 1504.
  40. Wenceslai regis literae pro castro aedificando prope sanctam Crucem et firmando, ut Wratislavienses omnia necessaria in tempore procurant, eo quidem pretio concedenda, quo civibus vendi solent.
  41. Rudolphi episcopi super impensis ad refectorem pontis declaratio. 1468.
  42. Rudolfus episcopus donat capitulo e medietate contributionis sanctacrutianae episcopalem ratam. 1468.  
(De domo signatori ablata et assignatis in recompensam altaribus — vide GG. 53).
  43. Privilegium venditionis cerevisiae extraneae cuiuscumque in insula s. Joannis, item de mechanicis, de aedificatione turris in ponte, de armis sive insigniis regiis in ipso ponte per Albertum de Colowrat. 1504.
  44. Literae quaedam de distributionibus quotidianis ad s. Aegidium. 1388.
  45. Boleslai ducis Silesiae, domini Wratislaviae, in Lignitz et Opaviae donatio partis areae in Summo, quae Salictum vocabatur, cum omni iure, nulla penitus re excepta, pro ecclesia s. Johannis. 1310.
  46. Johannis Turzonis episcopi privilegium capitulo datum super domo vicaria in Summo. 1519.
  47. Reuersales et assecuratio imperatoris Ferdinandi pro Summo Wratislaviensi et ecclesiastica libertate, cui non debeat praeiudicare, quod Wratislavienses aedeis abbatibus Vincentini in Burgo sitas de caesaris mandato obsignauerint. 1545.
  48. Administratorum episcopatus literae super quadam domo prope aedeis notarii sita. 1461.
  49. Preceslai episcopi literae, quibus iubet novum opus nuntiari cuidam vicario s. Crucis, qui sepimento viam obstruxerat, qua equi dominorum in Summo ad aquationem ducebantur. 1374.

#### B. VILLAE ET ALLODIA CAPITULI

1. Henrici ducis Wratislaviensis confirmatio donationis allodii, villae siue curiae ad crucem capitulo factae. 1270. (vide CC. 28).
2. Bolkonis ducis Silesiae Suidnicensis confirmatio donationis villae Hoëndorff capitulo factae ab Othone de Dony canonico Wratislaviensi et plebano in Suidnitz cum omni iure ducali. 1334.
3. Henrici ducis Silesiae Jauraiensis confirmatio eiusdem iuris ducalis super villam Hoëndorff pro Othone de Dony, vel cui ille eam venderet donaretue. 1334.
4. Bolkonis ducis Suidnicensis confirmatio eiusdem iuris ducalis ab Henrico patre suo duce Jauraiensi super villam Hoëndorff dati. 1346.
5. Bolkonis ducis Suidnicensis literae, quibus testatur Henzelinum de Zed-

- litz fassum esse, villam Hoëndorff, quam occupaverat, omni iure pertinere ad capitulum ecclesiae Wratislaviensis. 1354.
6. Bolkonis ducis Suidnicensis privilegium super villam Hoëndorff, ubi confirmat donationem capitulo factam et ius ducale eidem simul concedit. 1354.
  7. Concordia inter Johannem Girsdorf de Seichau et subditum capituli de Hoëndorff per senatum Jauruiensem vidimata. 1556. (De Bischkowitz in monte vide KK. 23, 24).
  8. Contractus Balthasaris Schindel cum rusticis de Bischkowitz in monte propter robotas. 1491.
  9. Johannis IV-ti episcopi literae, quibus conceditur villa Bischkowitz ante Sanctae Cruci oppignerata cuidam Jeronymo Prowan. 1495.
  10. Johannes IV episcopus concedit villam Bischkowitz in monte Henrico Schindel, eodem iure quo ante fuerat data Jeronymo Prowan. 1507.
  11. Seruatii Schindels procuratorium patruo datum coram senatu Suidnicensi ad tractandum ratione villae Bischkowitz in monte. 1531.  
Item Seruatii Schindels mandatarii quietantia ratione Bischkowitz in monte. 1531.  
Item literae de praestanda evictione villae Bischkowitz in monte per capitulum emptae a Seruatio Schindel. 1531.
  12. Jacobi episcopi literae super emptionem boni et allodii Bischkowitz in monte (pro 680 florenis Hungaricis, ita ut ab episcopo reemi queat) per capitulum factam. 1531.
  13. Instrumentum publicum cui inseruntur literae Ruperti ducis Lignicensis super concordia inter capitulum et quemdam Jakusch Poduss ratione villae Bischkowitz. 1384.
  14. Redemptio juris ducalis pro certa summa pecuniae in villis Jelin et Bischkowitz siue Raduschowitz. 1349.
  15. Conradus episcopus vendit Johanni Banche supremum iudicium in villa Jelin. 1447.
  16. Consensus capituli in venditionem iuris supremi villae Jelin ab episcopo Conrado factam. 1447.
  17. Literae capituli super Jelin datae Johanni Banche civi Wratislaviensi. 1447.
  18. Jodoci episcopi literae super villa Jelin, pro certa pecunia capitulo tradita. 1463.  
Item quietantia capitulo data ratione Jelin. 1463.
  19. Bolkonis ducis Silesiae literae super donationem unius mansi in Birchenkretzscham. 1300.
  20. Bernhardi et Bolkonis ducum Silesiae literae super scultetiam in Birchenkretzscham. 1315.
  21. Nicolai ducis Silesiae literae super donatione unius mansi liberi in Birchenkretzscham. 1342.
  22. Preceslai episcopi electi arbitri super villa Birchenkretzscham pronuntiatio pro Petro de Cuscina canonico contra Rudgerum de Hugwitz. 1360.
  23. Agnetis ducissae Silesiae in Strelin privilegium amplissimum super villam Birchenkretzscham pro capitulo. 1369.
  24. Bolkonis ducis Silesiae in Monsterberg et Strelin literae super iure ducale in Birchenkretzscham. 1369.



25. Preceslai episcopi literae, quibus transfert omne ius, quod habuit super villam Birchenkretzschan in capitulum. 1372.
26. Bolkonis ducis Silesiae literae super censu trium marcarum ex scultetia in Birchenkretzschan cum plena renunciatione iuris feudalis in dictam villam. 1373.
27. Reemptio villae Bischkowitz prope Weidam per capitulum facta — anno 1467, cum fuisset oppignerata a Conrado episcopo — anno 1433, ut literae istae docent, quae ideo traditae sunt capitulo, ut de reemptione facta constaret.
28. Locatio villae Bleisch, alias Bleischkowitz, iure teutonico et expositio scultetiae, ut solvat duas marcas. 1393.
29. Transsumptum literarum Thomae episcopi super villa Rasselwitz pro canonicis Wratislaviensibus. 1328.
30. Copia literarum Preceslai episcopi super Protzan. 1345.  
Item copia literarum Renskonis Schoff ratione iuris ducalis villae Protzan. 1351. (vide BB. 65 et 68).
31. Georgii Rudolphi ducis Lignicensis et Bregensis reuersales ratione literis fluminis Katzbach penes villam Hoëndorff duci concessi pro anno censu 3 marcarum, quae concessio ad libitum capituli revocari potest. 1618.  
(Sententiam ratione instaurationis capellae in villa Hoëndorff — vide Y. 10).
32. Fasciculus in quo quinae literae super granitie sive finibus inter Wetkewitz, Melowitz et Mönchsдорff.
33. Literae super annum censum et maldratum ex Kuntzschitz solvendam, cum capitulum istam villam olim venditam iterum ad se reluisset. 1407.  
Sed haec copia est facta 1512. Originales literas vide BB. 13.
34. Literae capituli, quibus confirmat venditionem allodii et boni in Cantzerwitz, salva iurisdictione capitulari. 1492.
35. Literae super villam et allodium Bischkowitz penes Weidauiam<sup>1</sup>. 1624.

C. EXEMPTIO CAPITULI ET CLERI WRATISLAVIENSIS AB OMNI TELONIO ET GABELLIS. ITEM PRIVILEGIA SINGULARIA EPISCOPO AUF CAPITULO DATA. LITERAE MAIESTATIS

1. Processus pro clero civitatis Wratislaviensis de emendis esculentis aut poculentis, itemque calce, lignis et speciebus aromaticis atque panno pro necessitate sua et familiae absque solutione telonei, gabellae ad Fridericum III imperatorem. 1455.
2. Nicolai Papae V privilegium pro habitantibus in Summo Wratislaviensi, quod de esculentis et poculentis, itemque materiis ad structuras non teaneantur solvere telonium. 1452. (Eadem bulla habet R. 87).
3. Privilegium et immunitates super Gräbischin a duce Henrico. 1261.
4. Caroli marchionis Moraviae, postea Imperatoris et Regis Bohemiae, confirmatio omnium privilegiorum ecclesiae, ubi pollicetur assistentiam episcopo et clero seculari contra omnes invasores et expresse eximit et exemptum vult clerum ab omnibus taliis et angariis. 1342.
5. Rex Ludovicus recipit Jacobum episcopum et bona ecclesiae in suam pro-

<sup>1</sup> Regest ten dopisany jest ręką Berghiusa, ale później, po pierwszej redakcji z 1619 r.

- tectionem, quodque subditis ecclesiae non velit salvum conductum dare contra voluntatem episcopi, pollicetur. 1524.
6. Wladislai regis declaratio, quod bona ecclesiae Wratislaviensis immediate subsint suae Maiestati. 1511.
  7. Idem Wladislai privilegium, vidimatum per Wratislavienses. 1522.
  8. Copia sive transsumptum statutorum provincialium Jaroslai archiepiscopi Gnesnensis de non iudicandis seu incarcerandis hominibus ecclesiae et clericorum per iudices laicos. 1369.
  9. Privilegium in quo dux Henricus concessit libertatem ecclesiae Wratislaviensi super terra Nissensi et Otmuchoviensi, omnibusque aliis bonis ecclesiae, renuntians omni penitus iuri ducali. 1290.  
(Huius confirmationem per Nicolaum Papam IV vide R. 53).
  10. Plurimorum abbatum et aliorum praelatorum literae testimoniales super privilegio ducis Henrici super libertatibus per ipsum ducem donantis ecclesiae Wratislaviensi ad Summum Pontificem. 1290.
  11. Boleslai ducis Silesiae literae super libertate coquendi lateres et aliis ad structuram ecclesiae. 1244.
  12. Henrici II heredis Poloniae, ducis Glogoviae confirmatio libertatum datarum per progenitores suos ecclesiae Wratislaviensi. 1310.
  13. Johannis regis Bohemiae et ducis Lucemburg et Silesiae confirmatio omnium gratiarum et privilegiorum ecclesiae Wratislaviensis et libertatio ab omnibus gravaminibus. 1342.  
(Vidimata per ducem Münsterbergensem. 1526).
  14. Idem privilegium Johannis regis Bohemiae vidimatum per Senatum Wratislaviensem. 1522.
  15. Idem privilegium vidimatum per Officiale Wratislaviensem. 1369.
  16. Johannis regis Bohemiae confirmatio omnium privilegiorum ecclesiae, episcopi et capituli Wratislaviensis cum promissione de non gravando subditos eorundem ubi exprimuntur aliquot villae capitulares. 1345.  
Vidimatum per Senatum Wratislaviense. 1522.
  17. Idem privilegium vidimatum per Officiale Wratislaviensem. 1369.
  18. Literae Johannis regis Bohemiae, quibus constituit commissarios quosdam cum potestate vindicandi libertatem ecclesiasticam et recuperandi iura ducalia a quibusdam ecclesiae hostibus inique praetensa aut possessa. 1346.
  19. Privilegium Carolinum, in quo episcopus Wratislaviensis dicitur princeps ligius et canonici vasalli Regni Bohemiae bona quoque ecclesiae intelligi debent esse sita in ipso Regno Bohemiae, et defensio regia promittitur ecclesiae contra oppressores et invasores quoscumque. 1358.
  20. Wenceslai regis Bohemiae literae confirmatoriae omnium privilegiorum ecclesiae Wratislaviensis. 1382.
  21. Wenceslai regis Bohemiae literae, quibus promittit ecclesiae immunitatem a collectione, praesertim sede vacante, itemque se facturum ne capitulum cogatur dare possessionem episcopo a Papa nominato, antequam is impleat pactum de insula suis sumptibus munienda. 1382.
  22. Idem privilegium regis Wenceslai. 1382.
  23. Idem privilegium regis Wenceslai vidimatum per ducem Carolum Münsterbergensem. 1526.
  24. Idem privilegium regis Wenceslai, vidimatum per abbatem in Arena. 1602.
  25. Literae quibus Ferdinandus rex Bohemiae promittit tutelam episcopo et

- ecclesiae Wratislaviensi, vidimatae per Johannem ducem oppoliensem. 1527.
26. Rescriptum regis Ferdinandi contra praetensam praescriptionem triennalem, quam debitores censuum praetendunt contra solutionem faciendam. 1538.
27. Procuratorium pro duobus canonicis ad praestandum homagium Johanni marchioni Moraviae ex parte capituli ratione opidi Grotkau in casu, si Carolus imperatorem sine masculis mori contingeret. 1359. (vide DD. 40, 41).
28. Plebanorum et altaristarum Silesiae mandatum ad appellandum a contributione a Sigismundo rege Romanorum et Hungariae postulata, vigore cuiusdam concessionis, quae per archiepiscopum Brandenburgensem executioni mandari debebat. 1418.
29. Literarum Caroli IV, quibus confirmat omnia privilegia ecclesiae Wratislaviensis, eidemque promittit defensionem. 1358.  
Copia vidimata per Carolum ducem Münsterbergensem. 1526.  
Item ipsum illud Caroli IV privilegium in originali. 1358.
30. Caroli IV aliud privilegium ecclesiae Wratislaviensis datum, in quo et villae quaedam capitulares exprimuntur, in quibus nihil penitus sibi iuris reservat (sed sigillum deest). 1358.
31. Johannis marchionis Moraviae literae, quibus promittit ecclesiae Wratislaviensi, se eiusdem privilegia omnia ilibata conservaturum et defensurum, si in regem Bohemiae eligeretur. 1359.
32. Johannis regis Bohemiae confirmatio omnium privilegiorum ecclesiae Wratislaviensis. 1345.  
Item idem privilegium vidimatum per Carolum ducem Münsterbergensem. 1526.
33. Caroli IV-ti privilegium insigne 1358 pro ecclesia Wratislaviensi, vidimatum per Senatum Wratislaviensem. 1522.  
(Sed sigillum est omnino eiusmodi, ut non cognosci possit, cuius sit).
34. Johannis regis Bohemiae confirmatio omnium privilegiorum ecclesiae Wratislaviensis. 1342.
35. Caroli regis Bohemiae privilegium de non facienda vel concedenda unquam dismembratione honorum ac iurium ecclesiae et episcopatus. 1351.
36. Plenipotencia a Johanne rege Bohemiae, Carolo marchioni Moraviae data ad agendum cum episcopo et capitulo Wratislaviensi, item ad confirmandum vel concedendum privilegia quaecumque. 1342.
37. Wenceslai regis confirmatio omnium privilegiorum ecclesiae, ubi nominatim exprimuntur omnes villae capitulares in districtu Wratislaviensi. 1382.
38. Privilegium regis Matthiae pro clero. 1475.
39. Henrici I ratificatio donationis libertatum ecclesiae et episcopo Thomae factae a patre suo. 1291.  
Est notabile privilegium maxime ratione iuris ducalis in districtu Wratislaviensi.
40. Caroli IV confirmatio generalis omnium privilegiorum ecclesiae 1358. (Sigillum est perditum).
41. Caroli IV privilegium super villas ecclesiae et capituli Wratislaviensis districtus. 1358.

Item eiusdem privilegii transsumptum per Senatum Wratislaviensem factum. 1522.

42. Archiepiscopus Gnesnensis cum suis suffraganeis confirmat donationem factam a duce Henrico pro ecclesia Wratislaviensi et violatores istarum libertatum a duce donatarum dicit fore excommunicatos. 1290.
43. Concilii Basiliensis bulla contra oppressores ecclesiasticae libertatis et quiclerum Wratislaviensem ad contributiones adigere ausi fuerant. 1435.
44. Johannis papae XXIII bulla eiusdem sententiae ut proxime praecedens.
45. Notificatio facta Curiae Romanae per quosdam praelatos et saeculares de libertate ecclesiae concessa per ducem Henricum, cuius literae etiam insertae. 1290.
46. Bulla Adriani papae IVti, in qua recipit sub protectionem ss. Petri et Pauli et Sedis Apostolicae ecclesiam Wratislaviensem et singula bona ipsius, oppida, villas plerasque nominatim expressas cum propria manus subscriptione et approbatione ac subscriptione propria cardinalium. 1154<sup>2</sup>.
47. Innocentii papae IV bulla confirmans privilegium Boleslai ducis Silesiae et Poloniae episcopo et ecclesiae datum, quod et de verbo ad verbum insertum est. 1248.
48. Innocentii papae VIII bulla et confirmatio iurisdictionis capitularis in suos subditos plenae, ab episcopis Thoma et Cunrado ante concessae (vide etiam EE. 18).  
Transsumptum literarum Urbani papae de familiaribus vel subditis canonicorum in civitate delinquentibus ad forum Wratislaviense non trahendis — vide W. 41. Item instrumentum super ea re confectum 1369 — vide ibidem.
49. Literae Ferdinandi imperatoris, quibus significat, homagium ratione Grotkau sat cito Wratislaviae S. Maiestati praestitum iri, adeoque nihil periculi in mora fore. 1527.
50. Literae Ferdinandi, quibus cavet episcopo Jacobo, moram confirmandorum privilegiorum ecclesiae nequaquam fraudi fore, sed confirmationem brevi secuturam. 1529.
51. Privilegium Henrici IV ducis Silesiae 1290, vidimatum per Senatum Wratislaviensem 1476.  
Quamvis dicant in vidimatione, sigillum ex ipsis literis decidisse legere volenti, ita ut nesciant appensum ante fuerit, necne).
52. Literae Henrici ducis Silesiae et domini Glogoviae, quibus confirmat privilegia ab Henrico quondam duce Silesiae, Cracoviae et Sandomiriae olim ecclesiae Wratislaviensi data 1291 — vidimata per Senatum Wratislaviensem. 1522.
53. Literae Achatii Haunolt capitanei Wratislaviensis ad Franciscum Ziglerum scholasticum et canonicum Wratislaviensem, in quibus fatetur sibi bene constare, quod episcopus et capitulum ratione bonorum possessorum faciant unum corpus, quaeque propter lustrationem mandata ab ipso emanarint, pro monasteriis sub capitaneatu sitis factum esse. 1530.

<sup>2</sup> Na marginesie są późniejsze dopiski: Vidimus davon R. 60. Fehlt. (W 1845 roku bulla była uważana za zaginioną. Wiedergefunden am 25.7.1905. Przed zbliżającym się frontem w roku 1945 bulla była ewakuowana z Wrocławia wraz z innymi zbiorami Archiwum Archidiecezjalnego w 1944 r. i do tej pory nie zdołano jej odnaleźć. Zachowała się jedynie koperta ochronna. Por. Bp Wincenty Urban: *Katalog dokumentów Archiwum Archidiecezjalnego we Wrocławiu*. Część I: Dokumenty oznaczone sygnaturami alfabetycznymi, Rzym 1970, s. 1.

54. Sigismundi regis rescriptum ad episcopum Conradum et capitulum, quo asserit Wratislaviensibus telonium esse concessum, salva exemptione cleri, qui de iis, quae ad cibum ac potum pertinent, omnino nihil solvere teneantur, attento tamen, quod nihil in fraudem et negotiationis ergo committi debeat.
55. Ferdinandi imperatoris rescriptum satis severum, ad capitaneum Svidnicensem, ut adigat eos, qui suo capitaneatui subsunt, ad solvendum censum ecclesiasticis. 1538.
56. Ferdinandi regis salvus conductus pro episcopo et capitulo, adiuncto mandato de solvendis decimis et censibus ecclesiasticis. 1527.
57. Literae Conradi ducis Glogoviensis, quibus multa promittit, et inter alia 800 marcas in recompensationem damnorum ecclesiae illatorum et subiicit se excommunicationi episcopali, si quidquam in posterum tentarit contra episcopum aut ecclesiasticos. 1273.
58. Bulkonis ducis Silesiae et domini de Fürstenberg ac fratris sui Henrici ducis Silesiae, domini Glogoviae, literae concernentes quaedam ecclesiae privilegia et libertates ac transactionem cum Johanne episcopo Wratislaviensi de anno 1292 — vidimatae per Jacobum archiepiscopum Gnesnensem. 1301.

D. CONCORDIAE, CONCORDATA, COMPACTATA, TRANSACTIONES  
QUOMODOCUMQUE AD CAPITULUM VEL EPISCOPIATUM SPECTANTES

1. Concordia inter Georgium regem Bohemiae et clerum ac civitatem Wratislaviensem per legatum apostolicum facta. 1460.
2. Transsumptum literarum apostolicarum domini Eugenii papae confirmatoriarum, concordatorum capitulorum nationis Alemanicae per archiepiscopum Salzburgensem factum. 1448.
3. Confirmatio Contractus Colobradensis per Wladislaum regem Bohemiae. 1504.  
(vide A. 39 et hic infra 43).
4. Compactatorum ecclesiae praeiudicialium revocatio per Leonem X. 1516.
5. Processus executorialis revocationis compactatorum per Hieronimum episcopum Brandeburgensem. 1517.
6. Literae Francisci abbatis Vincentini super villa in Gräbischin, qua canonici libere uti possint ad ducendum foenum ex Opperau. 1390.
7. Literae Francisci abbatis Vincentini super ponte in Gräbischin. 1386.
8. Concordia inter Johannem IV episcopum et quosdam capitulares, confecta per episcopum Waradiensem et abbatam in Arena. 1494.
9. Compositio in causa limitum et granitierum inter Canthenses et abbatem s. Vincentii. 1489.
10. Casimiri ducis Teschinensis literae ratione concordiae initae inter episcopum Wratislaviensem et quosdam nobiles ac barones propter villam Costental. 1495.  
Item quietantia ratione persolutorum a Johanne IV episcopo 500 marcarum ad redimendum vexam. 1495.
11. Concordia cum Borsnitiis impetentibus capitulum et vicarios sanctae Crucis ratione cuiusdam prati per ducem Lignicensem. 1524.
12. Preceslai episcopi auctoritate firmata concordia super advocatia Wansoviensi et aliis interessatis ratione 3tii denarii de iudiciis, macellis et pistorum tabernis. 1366.

13. Concordia inter mansionarios et quosdam equites super villa Halberdorff prope Grotkau. 1380.
14. Concordia et recessus iuris inter quosdam nobiles ratione quorumdam debitorum per episcopum Conradum datus. 1437.
15. Concordia Conradi episcopi Wratislaviensis et Henrici Cruschina arbitris Wratislaviensibus inita ratione Nauhauss. 1441.
16. Concordia Nicolai de Nimke et Henrici Luckau ratione cuiusdam piscinae extruendae prope villam Bischoffsdorff literis Wratislaviensium firmata. 1449.
17. Concordia episcopi Petri et domini Girschich Stosch per quosdam arbitros confecta. 1455.
18. Concordia inter capitulum et Erasmum Pflogk ratione pecuniarum decimatum et pro cera ex villa Bettlern.  
De qua re alia informatio extat in libro rubro. 1525.
19. Contractus capituli cum Wilhelmo a Kurtzbach super aquaeductibus faciendis in Borzanzin et super pastura libera ibidem. 1550.
20. Contractus de aedificatione aggerum prope Borzanzin inter capitulum et civitatem Steinau ac Trachenberg; item ratione piscaturae prope Scheitenau et Canterwitz. 1607.
21. Concordia ratione limitum inter Canterwitz et Losicze, capituli cum Balthasaro de Leswitz. 1614.  
(Concordiam inter Joh. Girssdorff et subditum quemdam capituli in villa Hoëndorff — vide B. 7).
22. Sententia regis Poloniae Casimiri inter Jodocum episcopum Wratislaviensem eiusque consanguineos ratione opidi Zdunkii vel Zdunii. 1462. (Sub eodem numero inventum et invenitur instrumentum ratione finium inter Meleschwitz, Radwitz ex una et Jeltz ex altera parte de anno 1379).
23. Concordia inter episcopum Conradum ac capitulum ex una et quosdam ecclesiae hostes, qui populationibus et incendiis grassati fuerant, facta per Haschke de Waldenstrin nomine Coronae Bohemiae. 1445.
24. Wilhelmi Mutinensis episcopi, legati apostolici, confirmatio compositionis factae inter ecclesiam Wratislaviensem (sub episcopo Laurentio 1218) et monasterium Lubense, de quibus nimirum villis monasterium debeat habere decimas et de quibus non debeat habere. 1235.
25. Concordia super maldratis villae Bogenau. 1469.
26. Concordia inter capitulum et Jacobum Padusch ac suos filios ratione villae Pischkowitz ab illis occupatae et restitutae. 1380.  
(vide infra 33).  
Item Ruperti ducis Lignicensis literae super eadem concordia. 1380.
27. Concordia ecclesiae facta sede vacante cum Reibnitz, Panewitz et Logau per Ludovicum ducem Bregensem et consules Wratislavienses, constitutos arbitros. 1377.
28. Reversales Hynke Cruschina et Jan Swolssky ac fideiussorum de servanda concordia inter capitulum et ipsos — facta per arbitros Wratislavienses. 1445.
29. Sententia arbitraria inter Jodocum episcopum et Nicolaum ducem Opoliensem de multis articulis controversis inter eos. 1464.
30. Alia sententia arbitraria inter Jodocum episcopum et Nicolaum ducem Opoliensem. 1464.

- (Concordiam ratione arearum Summi inter capitula Maioris et s. Crucis ecclesiarum vide A. 37).
31. Concordia inter episcopum et capitulum ex una et quosdam nobiles ex altera parte spondente pro iisdem nobilibus Conrado duce Olsnensi. 1443.
  32. Compositio inter ducem Wilhelmum Oppaviensem, Hermannum Czeteras, Opetz Cziirne ex una et capitulum ex altera parte, tractata et facta per Henricum ducem Glogoviensem et consules Wratislavienses. 1445.
  33. Jacobi Padusch pro se et filiis obligatio de capitulo numquam amplius offendendo. 1389.  
(vide supra 26).
  34. Wenceslai episcopi et senatus Wratislaviensis literae super concordia inter capitulum et Petrum Cuntzendorff. 1408.
  35. Concordia facta inter episcopum Lubusensem Wenceslaum — Wratislaviensem administratorem ac capitulum ex una et Henricum Gousske, Petrum eius filium ac Henricum Barutt ex altera parte. 1381.
  36. Senatus Wratislaviensis literae de compositione super granitiis Süsswinckel et Nadlitz. 1364.  
(Et est transsumptum factum 1470).
  37. Literae super concordia facta per Carolum ducem Olsnensem inter Petrum Hörnig canonicum et quemdam Martinum Trundolffsskii ratione cuiusdam pecuniae furtivae, apprehensae in iurisdictione capituli simul cum fure. 1514.
  38. Rudolphi episcopi literae super concordia capituli cum Jeronimo Ganda ratione boni in Kosslau, ubi quaedam notabilia ratione granitierum inter Kosslau et Popelwitz. 1469.
  39. Senatus Wratislaviensis literae super concordiam factam inter episcopum Jodocum et capitulum ex una et quemdam N. Hertzog, cuius pater in carceribus episcopi decesserat, ex altera parte. 1466.
  40. Sententia arbitraria super concordiam inter episcopum Petrum et Hriintz Stosch capitaneum Bregensem. 1449.
  41. Concordia inter episcopum Jacobum et Henricum Stosch pro se et nomine fratris sui Sigismundi ratione iuris, quod sibi competere praetendebat super villam Hennigsdorff. 1533.
  42. Concordata Germanicae nationis et publicata per Fridericum archiepiscopum Magdeburgensem. 1460.
  43. Originales literae Colobraticeae transactionis, sed mox cassatae per Leonem X, ut praeiudiciosae clero. 1504.
  44. Jacobi episcopi et Caroli ducis Münsterbergensis literae super contractum 6. marcarum ratione decimarum in Krelka, districtus Henrichoviensis, ad praebendam domini Prochendorff, 1536.
  45. Capituli cum ducibus Bregae et Lignitii conventio de propinatione cerevisiae in quibusdam pagis. 1593.
  46. Compositio inter capitulum et abbatissam s. Clarae ratione finium quoad villas Kosel et Oswitz, 22 Septemb. 1623.

#### E. CONTRIBUTIONES SIVE STEURAE ET ALIA SUBSIDIA

1. Wladislai regis Bohemiae rescriptum in contributionem ad bellum Turcicum faciendam, ita tamen ne se immisceant status cum subditis ecclesiae. 1502.

2. Literae imperatoris Ferdinandi, quod contributio de cerevisia precario sit data Suae Maiestati. 1546. Et quod ista contributio non debeat esse praeiudicialis ecclesiae privilegiis. Item fatetur in hisce literis, quod episcopus sit status et membrum istius provinciae.
3. Wladislai regis Hungariae et Bohemiae rescriptum in causa steurarum contra duces Lignicenses. 1500.
4. Wladislai regis rescriptum in causa steurarum contra duces Lignicenses. 1499.  
Item Johannis IV episcopi literae diversae ad capitulum in eodem negotio.
5. Literae patentes ducum Brigensium ad subditos capituli, quibus hostilia iis minantur, cum velint omnino a ducali iurisdictione et contributionibus esse exempti. 1515.
6. Wladislai regis Hungariae rescriptum in causa steurarum contra duces Lignicenses. 1515.
7. Instrumenta publica tria de actitatis cum ducibus Lignicensibus ratione steurarum. 1500.  
(Regi Matthiae subsidium voluntarium dedit Rudolphus episcopus, ne reliqui status, a quibus magna contributio exigebatur, ecclesiasticos nimiam invidiam gravarent. Vide DD. 11).
8. Conradus episcopus concedit certis personis a se et capitulo deputatis facultatem exigendi Steuras et collectas ab omnibus ecclesiae subditis — post bello ademptum castrum Ottmucha. 1443.
9. Ferdinandus imperator et rex Bohemiae petit a capitulo 25 currus cum equis paribus in subsidium bellicum. 1546.
10. Joachimi et Johannis ducum Brigensium et Legnicensium Reversales super collatione sive contributione pecuniarum in solutionem dotis ducissae Elisabeth sororis ipsorum, per subditos etiam quosdam capituli de expresso capituli consensu facta. 1578.
11. Georgius dux Lignicensis et Brigensis petit steuram precario. 1507.
12. Albertus Georgius et Carolus duces Olsnenses steuram petunt ex Protzan et fatentur subditos capituli ad steuras solvendas non teneri, sed esse arbitrarium subsidium. 1518.
13. Literae Casparis episcopi ad capitulum cum incluso paragrapho ex literis regis Ferdinandi, cui non erat satisfactum subsidio centum equorum ab episcopo et capitulo missorum. 1566.
14. Collectores contributionis generalis ab episcopo nominati insinuant illud ipsum archipresbiterio in Wartenberg. 1508.
15. Constitutio procuratorum in synodo facta ad accordandum cum Sigismundo rege Romanorum aut eiusdem delegatis ratione decimae sive cuiusdam contributionis eidem regi donatae et concessae in et super bonis clericorum totius Germaniae a papa Martino. 1418.  
(Alberti regis Romanorum reversales ratione subsidii a Judaeis sub episcopatu degentibus percepti — vide NN. 10).
16. Qietantia super 500. aureis precario a capitulo persolutis regi Matthiae. 1482.
17. Altaristarum mandatum ad appellandum a quadam decima regi Sigismundo danda. 1418.
18. Rudolphi imperatoris literae confirmatoriae novi contractus et concordiae inter episcopum et capitulum ex una, et principes ac status Silesiae ex altera partibus ratione contributionis sive steurarum. 1577.
19. Wladislai regis Bohemiae privilegium, in quo cavet ecclesiae ratione cuius-



- dam contributionis factae, quod per illam nullam penitus praeiudicium libertati et exemptioni ecclesiasticae factum esse debeat. 1511.
20. Wladislai regis Bohemiae privilegium, in quo cavet ecclesiae, quod quaedam tum facta contributio non debeat praeiudicare privilegiis. 1511.
  21. Procuratorium per abbatem et monachos Grissovienses datum quibusdam canonicis in causa decimae a Martino papa IV Sigismundo regi concessae et solvendae de omnibus bonis ecclesiasticis. 1418.
  22. Instrumentum publicum in quo quidam praelati declarant, se velle adherere capitulo Wratislaviensi in appellando contra decimam regi Sigismundo de bonis ecclesiasticis solvendam. 1418.
  23. Urbani papae V bulla ad episcopum Wratislaviensem ratione impositionis decimarum de omnibus redditibus ecclesiasticis pro Carolo IV rege.
  24. Trassumptum bullae Urbani papae V ad archiepiscopum Pragensem, episcopum Wratislaviensem ratione decimarum a clero solvendarum Carolo IV-to regi. 1369.
  25. Processus ratione decimae colligendae pro rege Wenceslao in dioecesi episcopi Wratislaviensis. 1380.
  26. Monitorium cuiusdam cardinalis ratione decimae solvendae de omnibus beneficiis regi Wladislao. 1502.
  27. Prorogatio termini ad solvendum dictam decimam regi et absolutio excommunicatorum (iniuncta poenitentia salutari) ob solutionem tardatam. 1503.
  28. Altaristarum mandatum ad appellandum a decima danda Sigismundo regi. 1418.
  29. Capituli Bregensis mandatum ad appellandum a decima danda Sigismundo regi. 1418.
  30. Abbatis et conventus Rudensis mandatum ad appellandum a decima danda Sigismundo regi. 1418.  
(Impositionem decimae clero Wratislaviensi ab episcopo Preceslao factam propter sumptus legato apostolico suppeditandos — vide R. 84).
  31. Caroli ducis Monsterbergensis supremi inferioris Silesiae capitanei literae, quibus testatur per errorem in librum siue regestum comitorum provinciarum fuisse insertum, qualiter Wratislaviensis Capitaneatus cum insula s. Johannis sese ad certam summam taxaverint, cum episcopatus et insula separatim sese taxaverint, salvis suis privilegiis et exemptionibus. 1531.
  32. Henrici ducis Münsterbergensis literae, quibus excusat errorem a suis ministris commissum in exigendis steuris in Peterwitz, Tatzau et Capsdorff, seque ait stare velle antiquae consuetudini, pactisque cum episcopo conventis. 1537.
  33. Ferdinandi regis inhibitio ne episcopatus Wratislaviensis in contributionibus grauetur taxa insolita et intolerabili. 1530.
  34. Fasciculus procuratorium cleri ex omnibus Silesiae partibus ad appellandum a decima Sigismundo regi persolvenda. 1418.

#### F. DECIMAE. ITEM FERTONES EPISCOPALES. ITEM MALDRATA

1. Concordia per episcopum Rudolfum facta, quod singuli horti in aulona Suidnicensi teneantur ratione decimarum capitulo annuatim singulos fertones in festo s. Martini. 1466.
2. Literae abbatis in Arena, antiquae et corrosae, super commutatione quarundam decimarum ad praebendam canonicaem spectantium.  
(De decimis episcopo per totum ducatum solvendis — vide DD. 54).

3. Abbatis et monachorum in Henrichau mandatum quibusdam canonicis datum ad respondendum coram aliquibus delegatis a Martino papa V in causa decimarum a Serenissimo Domino Sigismundo imperatori et regi Bohemiae concessarum, quae decimae ad monasterium spectabant. 1418. (Donationem decimarum in Schalkau pro parochia in Oltaschin vide M. 14. Wenceslai episcopi literas super decimas ex villa Hermansdorff pro archidiacono Wratislaviensi vide M. 36. Dimidium unius marcae pro decima ex Kalii prope Czirkwitz vide LL. 9).
4. Recognitio Senatus Francksteinensis super libertate quorundam mansorum in Bressnitz ratione solutionis fertorum episcopali. 1418.
5. Preceslai episcopi literae super decimam allodii Lilienthal commutatam in fertones pro domino decano — videlicet ex singulis mansis seminatis, ut dentur singuli fertones. 1362.
6. Godefridus abbas s. Vincentii fatetur se cecisisse episcopo Thomae decimas in Bischkupitz prope Bytom pro quibusdam aliis sibi ac monasterio concessis decimis. 1262.
7. Profitetur Henricus dux Silesiae decimam monetae in tota terra sua episcopo deberi. 1264.
8. Boleslaus donat episcopo decimam ex omnibus metallis totius Silesiae. 1265.
9. Ducis Boleslai promissio de satisfaciendo episcopo ratione decimarum et defensione ecclesiae. 1250.
10. Commutatio decimarum episcopali in Patowitz pro decimis abbatis s. Vincentii in Schostanowitz et una maldrata boni hordei conducendi in curiam episcopalem in festo d. Martini. 1357.
11. Commutatio episcopali decimarum in Sabarow, Roscotow et Wales pro decimis abbatis Lubensis in Kerpno. 1290.
12. Abbas s. Vincentii commutat decimas villae Cammelwitz in fertones. 1368.
13. Instrumentum recognitionis praepositi monasterii S. Spiritus super una marca annuatim capitulo solvenda ratione decimae ex allodio Weiissok. 1461.
14. Fratrum Hospitaliorum prior, datis sibi et fratribus in Olsna singulis annis 4 marcis, cedit episcopo Nankero successoribus decimam in villa Brisow Polonicali. 1330.
15. Ordinatio super decimis novalium in Stregom et Losow. 1255.
16. Concordia solutionis decimarum praebendato Wratislaviensi et parochio in Ritzschen ex villa Michelwitz prope Ritzschen. 1295.  
Item Henrici ducis Silesiae literae super donationem villae Ritzschen factam ecclesiae ibidem, 1254. Copia facta 1301.  
Item sententia interlocutoria pro plebano in Ritzschen contra incolas villae Michelwitz ratione solutionis decimarum et missalium. 1456.  
Ratione decimarum compositionem inter episcopum et monasterium Lubense — vide D. 24.  
Ferdinandi regis Bohemiae mandatum ad Suidnicenses propter decimas — vide T. 10.
17. Magnus prior Bohemiae fatetur Johannem episcopum Wratislaviensem ex gratia accipere 15. marcas annuatim, in sequens decennium, loco decimarum, ex quibusdam villis ad commendam Parvae Olsnae spectantibus. 1485.
18. Literae super decimis episcopi in Magna Zaucha. 1368.

19. Rudolphi episcopi pronuntiatio super decima campestri in Heiida Wratislaviensis districtus pro parcho in Oltaschin. 1469.
20. Rudolphi episcopi literae super duobus maldratis triplicis grani debitis annuatim capitulo ex scultetia Gruanau ratione decimae manipularis. 1468. (De decimis in Hermanssdorff et Tempelfeldt prope Wansou — vide A. 19. De decimis in Cammelwitz — vide A. 23, 24).
21. Literae priorissae et conventus s. Catharinae Wratislaviae ratione decimarum in villa Oderwitz prope Tauer, quae decimae spectant ad praebendam Bertelssdorff. 1536. (De decimis in Militzschensi districtu — vide K. 4).
22. Literae officialis Wratislaviensis super villa Osewitz ratione 4 marcarum solvendarum annuatim pro decimis. 1368.
23. Rudolphi episcopi sententia super scultetiam in Mönchesdorff, quod singulis annis teneatur ad solutionem duarum maldratarum triplicis grani. 1468.
24. Preceslai episcopi literae super concordiam factam inter dominum villae ipsoque rusticos in Czepankowitz et canonicum habentem eandem praebendam super decimis, ut scilicet solvant annuatim pro decimis marcas 5 fert. 1 — 1361.
25. Preceslai episcopi et capituli literae super concordiam factam inter dominum villae Sdesseschitz et canonicum eiusdem praebendae, ut solvat pro decima de quolibet manso octo scotos grossorum. 1359.
26. Rudolphi episcopi literae super maldrata et decimis villae Polnisch Peterwitz prope Cant. 1471.
27. Friderici ducis Lignicensis et Brigensis literae ratione solutionis decimarum capitulo debitarum ex villis Segen, Wammelwitz et Neypracht, in Strelen. 1540.
28. Concordia inter episcopum Jacobum et incolas districtus Crosnensis ratione solutionis decimarum sub sigillo marchionis Joachimi. 1527.
29. Friderici ducis Lignicensis et Brigensis literae super concordia ratione fer-tonum pro decimis in Leusserssdorff. 1538.
30. Rudolphi legati apostolici sententia super decimis capitulo debitis in Oberhoff, villa magistri s. Matthiae. 1467.
31. Contractus ratione decimarum in Sacherau. 1566.
32. Sententia quaedam officialis Wratislaviensis in caussa decimarum pertinentium ad praebendam custodis in Cowal. 1398.
33. Fasciculi tres diversarum literarum super appellatione ab impositionibus decimarum in membrana.
34. Examen testium officialis auctoritate robatarum ratione decimarum in Oldra. 1527. (Inf. 43).
35. Privilegium decimarum innovatum per Ludovicum Ungariae et Bohemiae regem. 1524.
36. Ludovici regis literae super decimas, vidimatae per Johannem Turzonem baronem. 1535.
37. Privilegium optimum pro solvendis decimis universim clero Wratislaviensi, datum per iudices a Sede Apostolica deputatos, una cum insertione bullae papae Honorii propter iniurias a duce Henrico illatas. 1227. (Contractum sex marcarum pro decimis solvendarum ex villa Krelka sub abbate Henrichoviensi — vide D. 44).
38. Ludovici regis literae mandates solutionem decimarum et aliorum redi-

tuum ecclesiasticorum 1524, vidimatae per Carolum ducem Mönsterbergensem. 1525.

Item earumdem literarum copia vidimata per Wratislavienses. 1526. (sine sigillo)<sup>3</sup>.

39. Ludovici regis ad Wratislavienses rescriptum satis severum et minatorium in causa decimarum. 1526.
40. Literae quaedam super decimas in villa Lenziin in Rattiboriensi (1290)<sup>4</sup>.
41. Henrici episcopi literae super expositionem 6 mansorum in Buchwaldt prope Bockwiin cum onere dandi singulis annis de manso 1/2 maldratum frumenti, nempe 2 modios tritici, 2 modios siliginis et 2 modios avenae. 1309.
42. Literae super 18 mensuras siliginis et 1/2 marca annui census ad duos cereos ex villa Marsov (vel Marschwitz). 1322.
43. Compositio ratione decimarum in Oldra facta coram senatu Wratislaviensi. 1527.

G. OPPIGNERATIONES EPISCOPO VEL CAPITULO ET PER EPISCOPUM VEL CAPITULUM FACTAE, ITEM DEBITA CONTRACTA VEL SOLUTA

1. Vidimus literarum Elisabethae ducissae Lignicensis, in quibus conceditur capitulo pro exigua pecuniae summa oppidum et districtus Strelensis. 1454. (inf. 7).
2. Literae Johannis Turzonis episcopi, quibus concedit capitulo villam Capssdorff pro 500 florenis Hungaricis cum facultate successorum episcoporum eandem villam reluendi. 1519.
3. Literae Wratislaviensium super oppigneratione 3 1/2 mansorum in Craiika capitulo facta pro 30 flor. Ungaricis. 1507. (Monetae Nissensis oppignerationem factam — vide H. 2).
4. Literae omnium fere civitatum episcopatus, spondentes pro 1300 marcis, quibus impetrandis capitulum multas suas villas oppigneraverat. 1434. Item literae Conradi episcopi, in quibus remittitur capitulum ad Praetorium Nissense, ex quo annuatim 80 marcas accipere debeat usque ad solutionem debiti dictarum 1300 marcarum. 1440.  
Item literae credentiales civitatum episcopalium ad episcopum Warmiensem in causa contrahendi debitum 6000 talerorum. 1444. (Plenius mandatum — vide DD. 56).
5. Conradi ducis Steinaviensis et Wolaviensis consensus super obligationem Wolau et Prausnitz pro ecclesia et capitulo propter debitum 3800 marcarum ab episcopo Conrado fratre suo contractum. 1419.  
Item obligatio Conradi episcopi pro impetrando consensu regio et fratris sui ratione oppignerationis Wolau et Prausnitz pro ecclesia. 1419.
6. Christoph Stop obligat se capitulo sub paena excommunicationis ad solvendum annuatim in festo s. Michaelis 4 flor. Hung. aut duos lapides cerae. 1459.
7. Literae Elisabethae ducissae Lignicensis ratione ternae Strelensis capitulo pro certa pecunia concedendae. 1436. (Vidimus harum literarum supra 1).
8. Literae obligatoriae pro 1000 Ungaricis per episcopum Conradum mutuo acceptis, cum sigillis 41 fideiussorum (numerando aureos Ungaricos singulos pro 28 Bohemicis grossis). 1444.

<sup>3</sup> Data 1526 jest podkreślona ółówkiem i nadpisana data 1525.

<sup>4</sup> Data 1290 jest poprawiona na 1295.

9. Literae reversales oppidi Neustatt in Opoliensi capitulo datae ratione depositae ibidem cautionis caesareae super debitum 40000 talerorum ab episcopo Martino mutuo acceptorum. 1598.
10. Fasciculus bullarum Pii papae II et aliarum literarum ac quietantiarum concernentium debitum 2500 florenorum apud ecclesiam Warmiensem contractum et solutum. 1459.

H. MONETAE CUDENDAE IUS. ITEM MINERAE. ITEM EISENHAMMER,  
BLASEHÜTTE

1. Trassumptum privilegii ratione monetae cudendae domino Petro episcopo Wratislaviensi ab Ladislao rege concessi. 1455.
2. Conradus episcopus obligat capitulo monetam Nissae pro 900 marcis, pro qua summa capitulum sponponderat. 1429.  
(De mineris episcopatus privilegiatis — vide C. 5).
3. Maximiliani I caesaris literae, quibus concedit Johanni Turzoni episcopo Wratislaviensi et successoribus ius cudendi aureos. 1515.
4. Literae Rudolphi episcopi, quibus concedit aliquas fodinas prope Czuckmantel, die Oberzeche dictas, quibusdam civibus Wratislaviensibus cum expressa libertate et certis conditionibus. 1477.  
Item inserta copia privilegii super castrum Caldenstein ratione minerarum per duces Bulkonem concessi. 1455.
5. Privilegium ab episcopo Balthasare Johanni Carlin civi Wratislaviensi ratione minerarum in Czuckmantel concessum. 1552.
- 6—7. Privilegia eiusdem episcopi Balthasari praedicto Johanni Carlin data ratione minerarum, praecipue effossionis et praeparationis ferri, des Eii-senhammers zur Hermstatt im Czuckmantelischem. 1558, 1559.
- 8—14. Fasciculus, ubi diversae literae ratione boni Girsdorff in Fridbergensi, et maxime ratione fornacis pro coquendis vitris, glasehütte.
- 15—16. Literae super iudicia dicti boni Girsdorff.

I. HOSPITALE S. JOHANNIS. ITEM VILLA KRINTZSCH. ITEM SCHOLA ET  
SCHOLARES PAUPERES

1. Literae Urbani papae, in quibus committit archiepiscopo Pragensi, ut examinet permutationem celebratam inter episcopum Precislaum et abbatem Opatoviensem ratione praepositurae in Neumarek.
2. Literae Balthasaris episcopi, in quibus donat praeposituram Noviforensem pro schola s. Johannis. 1560.
3. Rudolphi episcopi declaratio literae testamenti cuiusdam rationi 12. marcarum aut pro lectore in theologia, aut pro pauperibus scholaribus erogandarum. 1474.  
(vide V. 4. Censum 6 talerorum pro scholaribus pauperibus vide O. 33).
4. Abbatis in Arena literae super iure lotionis pauperum scholarium s. Johannis septimanatim in balneo Arenae, aufm Scharffenortt. 1428.  
(Altaris s. Annae incorporationem pro rectore scholae s. Johannis vide GG. 7. Ex testamento Petri Wartenberg, quid debeatur pauperibus scholaribus — vide V. 2. Ius patronatus rectoris scholae super altare s. Leonardi in ecclesia s. Aegidii vide GG. 47. Ius patronatus rectoris scholae super altare Trium Regum in ecclesia cathedrali — vide GG. 48).
5. Confirmatio testamenti Margarethae de Nösin, civis Wratislaviensis pro

- pauperibus scholaribus et constitutio certi executoris per episcopum Wenceslaum.
- (Ipsum testamentum vide OO. 7 et infra 9).
6. Literae super censum unius marcae in et super domo Pauli Weiland Kupperschmidt, auf der Schmidbrücke. 1507.
  7. Contractus duarum marcarum census pro scholaribus pauperibus s. Johannis super allodio Kowela in Trebnicensi, confirmatus per officialem Wratislaviensem. 1415.
  8. Conradi ducis Olsnensis literae super eodem censu duarum marcarum pro pauperibus scholaribus. 1415.
  9. Instrumentum publicum super 15 marcas pro pauperibus scholaribus s. Johannis ex testamento Margarethae de Nösin. 1422.
  10. Instrumentum publicum super 8 marcas annui census pro hospitali s. Johannis super quadam domo aufm Salzringe. 1449.
  11. Literae praefecti curiae episcopalis super censum 1/2 marcae pro hospitali s. Johannis super quadam domo retro Summum. 1431.
  12. Literae census 1/2 marcae super uno manso in Opperau pro pauperibus scholaribus s. Johannis. 1410.
  13. Senatus Wratislaviensis literae super censu 1 1/2 marcae super quibusdam aedibus in Nova Civitate ex opposito s. Clementis pro hospitali pauperum scholarium s. Johannis. 1497).  
(Literas super domuncula ad hospitale pauperum scholarium spectante — vide LL. 13, 14).
  14. Immissio creditoris in possessionem tabernae Krintzsch, ob non solutionem tabernatoris. 1515.  
(Censum 4 marcarum in Elgot Ölsnensis districtus — vide P. 6).
  15. Literae super unam marcā annui census in scultetia Krintzschensi pro hospitali pauperum scholarium. 1479.  
(Censum unius marcae in Neumarck — vide P. 7.  
Censum 6 marcarum pro pauperibus scholaribus ex testamento Simonis Wartenberg canonici Wratislaviensis — vide V. 32.  
Censum 6 marcarum ex Telau et Grensin — vide N. 23).
  16. Censum unius marcae super quodam horto retro s. Mauritium sub episcopi iurisdictione pro pauperibus scholaribus s. Johannis. 1507.
  17. Scabini Wratislavienses adjudicant domum quandam auff der Schmidbrüche hospitali pauperum scholarium in Summo propter non solutionem unius marcae census. 1530.  
(Literas super censum 96 talerorum super villa Woigsdorff in Olaviensi districtu pro hospitali et scholis vide P. 12. Schola s. Johannis, quando reparanda — vide PP. 27).
  18. Translatio cuiusdam altaris s. Aegidii censuumque eo spectantium ad hospitale per episcopum Wenceslaum. 1416.
  19. Praesentatio rectoris scholae s. Johannis ad altare capellae Francisci de Curia in ecclesia cathedrali. 1448.  
(Ius patronatus rectoris scholae super altare s. Michaelis ad s. Aegidium — vide GG. 90, 91).
  20. Instrumentum recognitionis, quod quidam census trium marcarum adscriptus in libris scabinalibus Wratislaviensibus Johannis Gräbischin, pertineat ad scholares pauperes in Domo: NB. auf der Straschengasse auf einem Hause. 1440.

21. Capituli literae super media marca census pro pauperibus scholaribus s. Johannis ex Groduschwitz super scultetia. 1411.
22. Literae procuratoris decani Wratislaviensis super 1/2 marca census in et super domo ac horto quodam retro Summum in fundo decanali pro hospitali s. Johannis. 1520.
23. Instrumentum super censum 4 marcarum ex testamento Johannis Vasoris altariatae Namslaviensis in Namsslau. 1459.
24. Abbatis Vincentini literae super censum trium fertorum auf der Schindelmühle prope Hundsfelde pro pauperibus scholaribus s. Johannis. 1427.
25. Capituli literae super 1/2 marcam census super molendino in Jenchowitz pro hospitali s. Johannis Wratislaviensis. 1508.
26. Literae Senatus Namslaviensis super unam marcam annui census pro pauperibus. 1448.
27. Capituli literae super censu unius marcae in et super taberna in villa Henrichsdorff in Olaviensi pro hospitali. 1423.
28. Jodoci episcopi Wratislaviensis literae super villae Krintzsch concessionem, sive oppignerationem hospitali et scholaribus factam cum consensu capituli. 1466.
29. Census unius aurei Hungarici annui pro vestitu pauperum scholarium hospitalis s. Johannis a capitulo solvendus per contractum initum cum Matthaeo Lampricht canonico. 1545.  
(Censum unius marcae pro pauperibus Christi in Namslau vide P. 15).
30. Georgii ducis Brandenburgensis et domini Oppolii literae super censu 5 aureorum in quibusdam villis sibi subiectis 1543, qui tamen census, prout inscriptio literarum ostendit, relutus et sculteto in Liechtenberg concessus fuisse dicitur pro hospitali scholarium s. Johannis.  
(Censum 12 talerorum pro pauperibus scholaribus in Peterwitz, villa capituli Olsnensis districtus ex hereditate domini Tersii — vide O. 54. Censum 1 marcae pro pauperibus scholaribus vide O. 59).
31. Instrumentum publicum super censu 1 marcae pro pauperibus scholaribus super scultetia villae Krintzsch. 1475.  
(Censum 4 marcarum in Elgot Olsnensis districtus pro hospitali — vide P. 43. Censum 6 florenorum Hungaricalium super scultetia in Liechtenberg pro hospitali — vide O. 62).
32. Census 5 marcarum super villa Krintzsch, olim mansionariis cryptae s. Crucis solutus, et ab iisdem emptus pro certa pecuniae summa per procuratorem hospitalis. 1519.  
(Censum 1 marcae pro pauperibus scholaribus super scultetia villae Czauchlitz — vide TT. 17. Censum 1/2 marcae pro pauperibus scholaribus in Jenchow — vide TT. 26. Censum 4 marcarum pro pauperibus scholaribus — vide O. 67. Censum 2 marcarum pro pauperibus scholaribus ex Niclasdorff prope Lignitz — vide P. 73).
33. Consensus episcopi Casparis de re ditibus praepositurae Noviforensis ad scholam s. Johannis Wratislaviensis convertendis, ita tamen, ut procuratores quotannis episcopo reddant rationem. 1564.
34. Rudolphi episcopi literae super villam Krintzsch (quibus insertae etiam Jodoci episcopi super eadem villam literae capitulo datae) renuntiantes in perpetuum reemptioni aut repetitioni. 1471.
35. Census 6 talerorum super bono rustico Gabrielis Bapusii in Pentsch. 1621.
36. Census reemptionis 6 florenorum Ungaricorum super bono rusticali 2 1/2

mansorum Martini Piuon Gerichtsverwalters zu Janckwitz. 1624. Terminus solutionis Joh. Baptistae.

37. Census 12 florenorum super 3 marcas in Krintzsch pro pauperibus scholaribus. 1624.
  38. Census 6 talerorum super bono rusticali 2 mansorum in Krintzsch pro anniversario Rmi olim suffraganei Kolsdorfii. 1624.
  39. Census 180 talerorum super bono rusticali Danielis Fridewalt in Grosszöllnig pro pauperibus scholaribus s. Johannis et s. Crucis. 1624.
- K. ALIENATIONES DECIMARUM SIVE ETIAM FERTONUM EPISCOPALIUM. ITEM ALIENATIONES AC VENDITIONES BONORUM EPISCOPATUS

1. Jacobus episcopus Henrico Schindel dat fertones episcopales in Neudorff in Cantensi pro 130 flor. Ungaricis. 1525.  
(Vide de isto Neudorff literas quasdam vidimatas. AA. 55).
2. Henrici ducis Monsterbergensis reversales propter donationem medietatis fertonum episcopaliū in Münsterbergensi et Francksteinensi districtibus ab episcopo Rudolfo ipsi factam. 1477.
3. Literae administratoris episcopatus super traditione sive concessione decimarum in Gnesnensi dioecesi ab episcopo Thoma iam ante facta in favorem parochi in Zdunki. 1377.
4. Copia sive transsumptum expeditum per episcopum Rudolfum. 1466. Literarum Conradi ducis Olsnensis ratione Militzsch venditi ab episcopo Preceslao et capitulo cum omnibus villis eo spectantibus, exceptis Borsanziin, Cantzerwitz, Czeschiin, Liscouo et salvis decimis itemque villis ad praeposituram s. Johannis spectantibus. 1358.
5. Episcopus Henricus vendit decimam villae Stracowitz N. canonico, qui eam postea applicuit cuidam altari. 1309.
6. Nankeri episcopi literae super 4 marcas annui census ex fertonibus episcopaliū villae Beckern, prope Lignitz, pro fabrica ecclesiae. 1333.
7. Nuntii Apostolici a Clemente Papa VII missi literae, quibus datur facultas episcopo et capitulo Wratislaviensi permutandi decimas, fertones sive quoscumque redditus pro aliis bonis sive redditibus pro ecclesiae emolumento. 1529.
8. Serenissimi archiducis quietantia super 18000 tal. ex vendita villa Costental. 1622.
9. Serenissimi archiducis Caroli quietantia super 25000 tal. ex vendita tenuta Tscheschin. 1622.

L. IUS DUCALE CAPITULI IN VILLAS SIBI SUBIECTAS

1. Dominus de Rydeburg renunciat iuri provinciali super villam Polnisch Schweidnitz pro episcopo et super villam Replin pro capitulo. Item dominus de Colomas ius ducale super easdem villas vendit. 1349.
2. Ius ducale super villam Czschauchlitz. 1349.
- 3—4. Ius Teutonicum super villas Replin et Czschauchlitz. 1252.
5. Missio in possessionem earum villarum Replin et Czschauchlitz. 1275.
- 6—7. Literae Thomae episcopi super villas Replin et Czschauchlitz. 1253, 1254.
8. Boleslaus dux Poloniae eximit villas capituli in districtu castri Starigrod sitas ab omni iurisdictione suorum castellanorum. 1262.
9. Caroli regis literae, quibus confirmat ius ducale super villas episcopi et



capituli, soluta etiam certa pecuniae summa istis nobilibus et baronibus, qui episcopo Preceslao et capitulo ratione praedicti iuris litem moverant. 1348.

(De Kosel vide BB. 16, de Gandau vide BB. 28, 30, de Paschkowitz vide BB. 39, de Peicherwitz vide PP. 4, 5, 6, de Heinrichsdorff, Graduschwitz, Jenchowitz, Nevenig et Provosin vide instrumentum publicum BB. 55, 59, de Protzan vide BB. 68, 72, de Spillerdorff vide BB. 78, 80, de Köcherdorff vide BB. 83, de Oltaschin vide M. 16, de Mochbor vide M. 26, de Birckenkretzscham vide B. 23, 24, 26, de Borzaniin et Cantzerwitz vide K. 4).

M. PRAELATURAE ATQUE PRAEPOSITURA, DECANATUS, ARCHIDIACONATUS, SCHOLASTERIA, CANTORIA, CUSTODIA CUM IIS, QUAE AD SUBCUSTODES, SANCTUARIOS ET SACRISTANOS PERTINENT, CANCELLARIATUS

1. Venditio horti retro Summum cuidam civi Wratislaviensi. 1410.
2. Venditio horti retro Summum. 1466.
3. Venditio horti retro Summum. 1468.
4. Literae civitatis Wratislaviensis super commutatione areae dictae Kröten-gasse et super 28 iugera retro Summum pro decanatu. 1372.
5. Contractus ratione decimarum in villa Cryptau sub monasterio s. Clarae pro domino archidiacono. 1582.
6. Confirmatio contractus habiti ratione decimarum in Cryptau pro archidiacono. 1583.  
(Ad archidiaconatum censum 2 marcarum, gl. 16, vide O. 3.  
Item ad archidiaconatum censum 6 talerorum vide Q. 2).
7. Sententia definitiva inter archidiaconum Wratislaviensem et quemdam civem super quodam censu ante s. Mauritium. 1475.
8. Literae iuris patronatus ecclesiae in Jerischau pro archidiacono Wratislaviensi. 1481.
9. Literae commutationis iuris patronatus ecclesiae in Peterwitz pro ecclesia in Jerischau pro archidiacono. 1480.  
(Censum 60 talerorum pro decanatu vide Q. 13).
10. Procuratorium de accordando cum capitulo ratione fructuum decanatus post mortem M. Sanderi. 1530.  
Item quietantiae duae de anno 1530 et 1531 de acceptis redditibus ex decanatu nomine Michaëlis Sanderi.
11. Articuli inter capitulum et dominum doctorem Moschaym ante traditionem possessionis decanatus pro Gabriele Sanctio et praepositurae pro se. 1529.  
(Censum 180 talerorum pro praepositura vide Q. 14).
12. Testamentum et fundatio altaris in villa Betlern, cuius patronus est praepositus Wratislaviensis. 1405.
13. Praepositi procurator praesentat parochum in Oltaschin. 1534.  
(Collationem secutam vide MM. 6).
14. Preceslaus episcopus donat decimam in Schalkau pro ecclesia parochiali in Oltaschin. 1347.
15. Dominus villae Pathenitz sive Hartlib, itemque rustici promittunt parochi in Oltaschin solvere more aliarum villarum in Wratislaviensi districtu. 1350.  
Item Piccolominei praepositi querela, quod Wratislavienses tergiversati

- sint in administranda iustitia ratione decimarum et missalium pro parochio in Oltaschin. 1563.
16. Conradi de Falkenhain capitanei Wratislaviensis literae super ius ducale praepositi Wratislaviensis in villa Oltaschin. 1349.  
(Vide infra 56).
  17. Reversales Senatus Wratislaviensis ratione cuiusdam equi ex iurisdictione in Oltaschin extraditi a praeposito domino de Kitlitz. 1561.
  18. Petrus episcopus commutat cum capituli consensu census 8 marcarum in Nissa praeposito Wratislaviensi debitum pro emolumento annuo octo struum lignorum ex sylva Ottag. 1454.
  19. Concordia facta praepositi Piccolomini cum Gasparo episcopo ratione sylvae Ottag. 1567.
  20. Episcopus Andreas ratihabet et confirmat cessionem sylvae Ottag ab episcopo Martino iam factam pro praeposito Wratislaviensi. 1586.
  21. Caroli archiducis Austriae episcopi Wratislaviensis itemque capituli confirmatio super transactione celebrata inter D.D. praepositum Wratislaviensem et baronem Malzanium dominum in Militzsch. 1612.  
(Censum 60 Hungaricalium in auro super Gusmansdorff in Nissensi et Czaupitz in Ottmuchoviensi ad decanatum — vide Q. 15. Translatus hic census in Falchenau. Censum 6 grossorum pro decanatu ex Lilienthal vide N. 3).
  22. Boleslai ducis Oppaviae et domini Wratislaviae literae, quibus datur libertas 4 mansis in Mochbor. 1310.
  23. Henrici ducis Silesiae et domini Wratislaviae literae super libertatem 4 mansorum in Mochbor. 1315.
  24. Henrici ducis Silesiae et domini Wratislaviae literae super libertatem duorum mansorum in Mochbor. 1317.
  25. Henrici ducis Silesiae et domini Wratislaviae literae super libertatem 6 mansorum in Magna Mochbor. 1319.
  26. Conradi de Falckenhayn capitanei Wratislaviensis literae super ius ducale in villis Turow et Mochbor. 1349.
  27. Literae 5 marcarum super scultetia in Mochbor pro decanatu et super opilionatu ibidem. 1349.  
(Preceslai episcopi literas super decimas, scilicet singulorum fertonum ex singulis mansis seminatis boni Lilienthal, pro decanatu vide F. 5).
  28. Preceslaus episcopus confirmat expositionem duorum mansorum in Czirkwitz pro decanatu pro annuo censu 1 fl. et unius maldratae triplicis grani de quolibet manso. 1361.
  29. Literae super duobus hortis prope Polänowitz, quod de quolibet eorum solvi debeant annuatim decano 4 gl. et duo pulli. 1379.
  30. Sententia interlocutoria ratione decimarum in Steiine, quas possessor illius boni e campis domum convexerat, contra mandatum iudicum capituli pro decano Wratislaviensi. 1470.
  31. Processus Jeronymi cantoris s. Crucis ex mandato Eugenii papae IV super incorporatione praebendae pro domino Nicolao Stock, decano Wratislaviensi. 1434.
  32. Eugenii papae IV bulla unionis unius praebendae vacantis in ecclesia Wratislaviensi cum decanatu ibidem. 1434.
  33. Processus executionis super incorporatione praebendae ad decanatum Wra-

- tislaviensem, a concilio Basiliensi emanatus, ad Sigismundum imperatorem et regem Bohemiae. 1435.
34. Sententia lata in concilio Basiliensi pro Nicolao Stock decano Wratislaviensi super incorporatione praebendae ad decanatum. 1435.
35. Instrumentum publicum pro capitulo super Julii Landi per ascensum ad decanatum, amisso senio atque adeo gratia facta administrationis duarum villarum capitularium. 1602.
36. Wenceslau episcopus adiudicat archidiacono Wratislaviensi decimam in villa Hermansdorff. 1386.
37. Wratislaviensis Senatus convenit cum archidiacono Wratislaviensi de duobus hortis ei censualibus, destructis propter civitatis novam munitionem, datis contra 100 taleris et censu quodam annuo unius taleri ibidem ad s. Mauritium conventum; etiam ibidem est cum parocho Mauritiano ratione sui census et cum suburbio Mauritiano ratione steurarum. 1588.
38. Aliae literae super concordia Senatus Wratislaviensis cum archidiacono, quoad s. Mauritium, cum moenia civitatis dilatarentur. 1595.  
(Revocationem iuris patronatus archidiaconorum in tota dioecesi Wratislaviensi — vide MM. 3).
39. Henricus scholasticus Wratislaviensis confert scholam s. Petri in Lignitz. 1349.
40. Sententia lata pro scholastico Wratislaviensi super collatione scholae s. Petri in Lignitz. 1365.
41. Instrumentum publicum super collatione scholae s. Mariae Magdalенаe Wratislaviae, quod ea sit scholastici Wratislaviensis. 1368.
42. Collatio scholae s. Elisabethae per scholasticum Wratislaviensem. 1369.
43. Contractus 6 marcarum perpetui census super Schwantnig ad custodiam Wratislaviensem. 1569.
44. Henrici ducis Silesiae in Olsna privilegium pro sanctuariis ecclesiae Wratislaviensis super Schwantnig et Goschitz. 1301.  
Item cuiusdam privilegii copia sive trassumptum a capitulo expeditum. 1464.
45. Sententia arbitraris Ruperti ducis Lignicensis pro sanctuariis super duobus mansis maioribus in villa Tschartowitz. 1405.  
Item instrumentum concordiae ratione istorum duorum mansorum, in quorum possessionem sanctuarii missi sunt per iudicem curiae in Olsna. 1406.
46. Preceslai episcopi literae super domo subcustodum ex opposito curiae episcopalis, penes decani aedes. 1360.
47. Wenceslai episcopi literae super domo et habitatione sacristanorum ecclesiae Wratislaviensis. 1396.
48. Bonifacii papae IX bulla, quod subcustodes sint facti manuales et ad nutum episcopi ac capituli constitui ac amoveri possint.
49. Instrumentum publicum concernens sacristanos s. Johannis super villam Woigisdorff. 1466.  
(Censum 1/2 marcae in Pirwischau pro sacristanis — vide Q. 37).
50. Census 12 marcarum pro custode ex redditibus episcopalibus annuis. 1567.
51. Decanus Wratislaviensis confirmat venditionem horti, qui est contiguus illi, qui ad decanatum spectat. 1412.  
Item aliae decani literae confirmantes venditionem cuiusdam domus et

- horti retro Summum. 1462. (De decimis in Cowal ad praebendam custodis pertinentibus — vide F. 32).
52. Reversales Wratislaviensium domino Andreae Jerino praeposito datae ob traditionem cuiusdam captivi e sua iurisdictione. 1580.
  53. Balthasar episcopus concedit investituram parcho in Oltaschin, cuius ecclesiae ius patronatus ad praepositum pertinere fatetur. 1542.
  54. Literae 5 marcarum annui census super 5 mansis villae Maioris Mochbor, empti et fundati per dominum Stanislaum decanum Wratislaviensem 1349 ad altare, quod confert decanus. Item literae concordiae inter decanum et altaristam ratione istarum 5 marcarum super 5 mansis in Mochbor. 1476.
  55. Literae super uno manso in Flemingsdorff ad scholasteriam Wratislaviensem spectante. 1446.  
(Scholasticus quando teneatur reparare scholas — vide PP. 27).
  56. Quietantia Matthiae de Molheim ratione pecuniae acceptae pro vendito iure ducali villae Oltaschin. 1349.
  57. Decani Wratislaviensis reversales episcopo Preceslao datae ratione pascuorum in Ratwitz et Kotwitz ad tempora vitae sibi concessorum. 1369.  
(Censum  $3 \frac{1}{2}$  marcarum in Ossek Olsnensis districtus pro praepositura vide P. 48 et 71. De iure patronatus super altare in Bettlern ad praeposituram spectante — vide MM. 13).
  58. Literae super censu  $\frac{1}{2}$  marcae ratione decimarum ex allodio Rachau quotannis solvendo sacristanis s. Johannis. 1467.
  59. Praesentatio domini Casparis Weiigil ad praeposituram Wratislaviensem per capitulum facta episcopo Petro. 1447.  
(De Petro Höppener praeposito Wratislaviensi dignitate et beneficiis suis privato, propterea quod faveret haereticis — vide Z. 11).
  60. Binae literae confirmatoriae emptionis hortorum ante s. Mauritium sub iurisdictione archidiaconi.
  61. Census 12 marcarum super horto in suburbio Sanmauritano ad archidiaconatum pertinente. 1620.
  62. Census reemptionis 12 marcarum super bono rusticali in Polnisch Neudorff pro cancellario. 1624.

#### N. CENSUS ANNUI ET PERPETUI

1. Census  $1 \frac{1}{2}$  marcae in scultetia, taberna et medio manso in Rzeplin. 1441.
2. Census 6 marcarum domini Bartholomaei de Freystadt super 4 civitatibus Olsna, Wartenberg, Bernstadt et Wolavia. 1393.  
(Censum 40 marcarum ex oppido Grotkau pro capitulo vide DD. 36. Censum 15 marcarum annuatim solvendarum ex Peicherwitz vide PP. 9, 11. Censum 4 marcarum pro sublectore scholae s. Johannis vide PP. 12. Censum 7 marcarum et 9 lapid. ex Bettlern vide CC. 28. Item concordiam inter capitulum et possessorem istius villae vide D. 18. Censum 2 marcarum ex Spillerdorff vide BB. 81).
3. Census annuus 16 gl item duo pulli et 30 ova ex Lilienthal, item 6 gl pro decano. 1367.
4. Census 2 marcarum in Perwischau ad ecclesiam Wratislaviensem. 1552.  
(Censum annuum 6 marcarum pro custodia vide M. 43. Censum annuum 12 marcarum pro custode vide M. 50).

5. Laurentius episcopus concedit in gratiam canonicorum tenues praebendas habentium centum marcas annui redditus. 1228.
6. Capitanei Wratislaviensis literae super media marca perpetui census in Craikau districtus Wratislaviensis. 1373.
7. Capitanei Wratislaviensis literae super una marca perpetui census in Craikau districtus Wratislaviensis. 1376.
8. Senatus Wratislaviensis literae super 1/2 marcam census annui in Craikau. 1368.
9. Capitanei Wratislaviensis literae super una marca perpetui census in Craikau. 1371.
10. Capitanei Wratislaviensis literae super 1 1/2 marca annui census in Wownewitz, in districtu Noviforensi. 1414.
11. Literae praefecti curiae episcopalis super uno fertone perpetui census auf der Krötengasse. 1415.
12. Capitanei Wratislaviensis literae super unam marcam perpetui census in Craikau. 1353.
13. Senatus Wratislaviensis literae super 1/2 marcam census perpetui in Craikau. 1368.
14. Capitanei Wratislaviensis literae super 1 fertonem perpetui census in Craikau. 1380.
15. Literae capitanei Wratislaviensis et obligatio cuiusdam civis Noviforensis super una marca annui census in Belkau. 1389.
16. Literae capituli Wratislaviensis super 1 marca census in Belkau. 1398.
17. Boleslai ducis Silesiae literae super 18 marcis, de quibus septem annuatim debentur episcopo Wratislaviensi ex civitate Lignicensi. 1264.
18. Scabinorum Wratislaviensium literae super 3 marcis annui census, in quibusdam domibus civitatis. 1439.
19. Instrumentum publicum, quo Arnestus dux Oppaviae cedit et donat census annum 17 marcarum, quem habebat super villis capituli Czauchlitz, Cammelwitz, Gandau, Paschkowitz. 1449.
20. Instrumentum de censu 4 marcarum super villis Bresitz et Wiassewitz, 1404.
21. Conradi episcopi literae ratione 8 marcarum census super iudicio et sculetia in Deutzschschwetau et super duobus molendinis, ad dictum iudicium pertinentibus. 1422.
22. Agnetis ducissae Suidnicensis literae super allodio in villa Olsen districtus Strigenensis et censu 7 marcarum ibidem. 1387.
23. Literae officialis Wratislaviensis super censu annuo 6 marcarum ex fundatione duorum fratrum canonicorum super villis Selau, Stral et advocatia in Grensis (fortassis pro hospitali). 1405.
24. Instrumentum publicum super censum 4 marcarum ex minori Elgot in Ölsnensi. 1417.
25. Instrumentum publicum super censum annum 10 marcarum ex Vigandorff Ratiboriensis districtus pro mansionariis. 1375.
26. Senatus Grotkoviensis obligatio data domino Matthaeo Lampricht ratione 20 Ungaricorum annuatim ipsi solvendorum. 1549.
27. Jacobi episcopi literae super censu 6 marcarum in villa Bertelssdorff Henrichoviensis districtus, quem censum dominus abbas in festo d. Martini Wratislaviam mitti tenetur. 1536.

28. Literae scabinorum Wratislaviensium super 1 1/2 marcam census annui in Nova civitate. 1442.
29. Literae scabinorum Wratislaviensium super 1 1/2 marcam census, auff der Grascengasse. 1434.
- 30<sup>5</sup>.
31. Literae scabinorum Wratislaviensium super 1 marcam annui census in Nova civitate. 1417.
32. Literae scabinorum Wratislaviensium super 1/2 marcam annui census in platea Olaviensi. 1452.
33. Scabini Wratislavienses tradunt possessionem cuiusdam domus in platea Rutenica propter non solutionem census reemptivi de summa 40 marcarum. 1468.
34. Instrumentum publicum unius marcae annui census super quadam domo in Arena. 1457.
35. Literae super 6 marcas annui census ex villa Arnoldsdorff in Strelensi districtu pro altaristis. 1358.
36. Instrumentum donationis trium marcarum annui census in villa Sacherwitz Olsnicensis districtus pro capitulo, scilicet 2 et vicariis 1 ad anniversarium domini Alexii Ketterlin canonici Wratislaviensis. 1413.
37. Ruperti ducis Lignicensis et Goldbergensis literae auper 6 marcas annui census in villa Probischain Goldbergensis districtus. 1388.
38. Literae officialis Wratislaviensis super censum 1 marcae in Opatowitz pro altaristis s. Aegidii. 1405.
39. Instrumentum publicum super 10 marcis annui census ex villis Henrici villa et Guttwinivilla pro altaristis s. Johannis. 1343.
40. Conradi ducis Olsnensis decani Wratislaviensis literae super censum 1/2 marcae in quodam horto villae Mochbor. 1414.
41. Ottonis Burggravii de Dohnau in Masslau obligatio ratione 30 aureorum annui census pro episcopo propter piscinam in Catzirka. 1582.
42. Conventus s. Catharinae literae super censu annuo perpetuo super suo monasterio Wratislaviae pro anniversario canonici Cornii. 1592.  
(Acta inter mansionarios ecclesiae cathedralis et monasterium Trebnicense ratione 20 Ungaricalium annui census — vide Y. 8, 9. Literae super censum annum 2 marcarum in Rudelsdorff vide GG. 77. Literas super censum 5 marcarum in Bernwalde vide GG. 78. Literas super 2 marcas in Günterwitz vide GG. 83. Literas super 4 marcas census in Niclassdorff prope Ziegenhalss pro altari ss. Andreae et Barbarae ad s. Aegidium vide GG. 84. Literas super 1 marcam census in Seiifersdorff, Tschammerdorff et Jacobsdorff in Noviforensi ad s. Aegidium vide GG. 86. Literas super censum 3 marcarum in Wise, Hohenkirche et Elgot in Trebnicensi, item Buchwald in Bernstatensi ad s. Aegidium vide GG. 87. Literas super censum 6 marcarum in Sachwitz et Kemmerdorff in Cantensi pro s. Aegidii altari quodam — vide GG. 88. Literas super censum 12 gl per vicarios aolvendum ad altare Trium Regum ad s. Aegidium vide GG. 89. Literas vidimatas super 2 marcas annui census ad altare Trium Regum ad s. Aegidium et s. Catharinae in ecclesia Wratislaviensi vide GG. 93. Instrumentum publicum super 5 marcas annui census in praetorio Wratislaviensi pro praeposito s. Aegidii vide GG. 97).

<sup>5</sup> Przy numerze 30 jest miejsce wolne.

43. Census perpetuus 2 marcarum super bonis monasterii Beatae Virginis in Arena pro altari ss. Hedwigis et Adalberti in ecclesia Wratislaviensi. 1432.
44. Census annuus 3 marcarum in Neudorff Nissensis districtus pro monialibus s. Clarae Wratislaviae. 1350.  
(Vide Q. 33).
45. Census annuus 2 marcarum de taberna in Waltdorff Nissensis districtus. 1369.
46. Scabinorum Wratislaviensium literae super 2 marcis annui census de domo quadam in Novoforo. 1452.
47. Census annuus 1/2 marcae in villa capitulari Radelwitz. 1481.
48. Census frumenti super 5 mansis et 3 iugeribus in Petzkindorff Lobinensis districtus emptus et reemendus pro 85 marcis pro plebano in Hertwigswalde (Literae perforate). 1410.  
(Censum annum 14 marcarum ex Wartenbergensi de redbitibus episcopabilibus vide EE. 17. Censum annum 24 marcarum ex oppido Reichenbach vide X. 47 et P. 82).

O. CENSUS REEMPTITII IN DISTRICTU WRATISLAVIENSI. ITEM IN VILLIS CAPITULI UBIQUE SITIS ET CAPITULI S. CRUCIS ET VICARIORUM

1. Census duarum marcarum super scultetia in Neudorf sive Jeschkittel. 1414. Ibidem eiusdem scultetiae renuntiatio.
2. Census unius marcae super scultetia in Opperau. 1364.
3. Census 2 marcarum, gl 16 in villa Klein Schmoltz. 1598.
4. Census 12 talerorum super bonum rusticale Johannis Hiltprandi in Opperau ad anniversarium Andreae episcopi. 1608.
5. Census 8 talerorum super bonum Georgii Lüschkii in Opperau ad anniversarium Andreae episcopi. 1608.
6. Census 6 talerorum super taberna et 2 mansis Georgii Barth in Melowitz pro fabrica s. Johannis. 1608.
7. Census 8 marcarum 12 gl in Replin pro capitulo. 1607.
8. Census 10 talerorum in Höffgin. 1576.
9. Census 6 talerorum super bonis Matth. Kabirscha rustici in Krintzsch pro anniversario domini Koslovii. 1608.
10. Census 4 marcarum in villa Cammelwitz. 1394.
11. Census 5 marcarum super taberna in Birchenkrätzschem ad anniversarium d. Casp. Felckelii. 1609.
12. Literae inscriptionis 200 fl super scultetiam Birchenkretschamb, anniversarium rmi Dni Caspari Folckelii Nissensis.
13. Census 4 marcarum gravium super taberna in Bierckenkrätzschem pro hospitali s. Johannis. 1588.
14. Census 6 marcarum gravium super scultetia in Polänowitz ad anniversarium Hieronymi episcopi Wladislaviensis pro fabrica. 1609.
15. Census 3 talerorum 23 gl super scultetia in Eckersdorff pro archidiacono Wratislaviensi. 1607.
16. Census 12 talerorum super scultetia in Jenchowitz ad fundationem Bogurskianam pro octava Corporis Christi. 1590.
17. Census 8 marcarum 12 gl pro capitulo in villa Czauchlitz. 1607.
18. Census 2 marcarum in Belkow districtus Noviforensis super quo literae Regii officii Wratislaviensis.

19. Census 6 talerorum super duobus mansis in Eckersdorff pro fabrica s. Johannis. 1594.
20. Census 6 talerorum super scultetia in Protzan pro capitulo ad anniversarium Adami Weiskopf suffraganei. 1594.
21. Census 15 marcarum super bonum rusticale in Cammelwitz pro capitulo. 1604.
22. Census 3 talerorum super 3 mansis in Paschkowitz pro capitulo ad anniversarium Nicolai Prauss. 1604.
23. Census 10 1/2 talerorum super scultetiam in Eckersdorff pro scholaribus s. Johannis. 1609.
24. Census talerorum 27 gl 32 super scultetiam in Raduschowitz pro stipendio Weygeliano. 1611.
25. Census 3 talerorum super bono rusticali in Pentzsch pro capitulo ad anniversarium Materni Gnisen. 1612.
26. Census 3 talerorum super bono rusticali in Malsano pro capitulo ad anniversarium Hieronimi Seidelii praecetoris cryptae. 1613.
27. Census 5 talerorum super 2 mansis et taberna in Replin pro scholaribus s. Johannis. 1613.
28. Census 3 talerorum super bono rusticali in Kentzschkau pro fabrica s. Johannis. 1614.
29. Census 6 talerorum super bonum rusticum in Kentzschkau pro capitulo ad anniversarium domini Balthasaris Neandri archidiaconi Wratislaviensis. 1614.
30. Census 3 talerorum super bono rustico in Kentzschkau pro fabrica s. Johannis. 1614.
31. Census 3 talerorum super bono rustico in Gandau pro fabrica s. Johannis. 1615.
32. Census 6 talerorum super bono rustico in Groduschwitz pro capitulo ad anniversarium Francisci Ursini praepositi et suffraganei Wratislaviensis. 1615.
33. Census 6 talerorum super bonis duobus rusticalibus in Paschwitz pro scholaribus s. Johannis. 1600.
34. Census 7 talerorum super bono rusticali in Grossmochbor pro capitulo ad anniversarium Julii Caesaris Wackherii. 1615.
35. Census 6 talerorum super bono rusticali in Rzeplin pro scholaribus s. Johannis. 1600.
36. Census 6 talerorum super bono rusticali in Mochbor pro capitulo ad anniversarium Francisci et Adami Ursinorum eorumque parentum. 1615.
37. Census marcarum duarum et fertonis unius de marcis 37, gl 24 super quodam horto ante s. Mauritium sub archidiacono pro capitulo ad anniversarium Wenceslai Hancke. 1616.
38. Census 12 talerorum super villa Protzan pro capitulo ad anniversarium Johannis Sitzsch episcopi. 1608.
39. Census 10 marcarum gravium super 4 hortis Neudorfii in Elbing sub abbate s. Vincentii ex fundatione Matthaei Lampricht pro fabrica s. Johannis. 1547.
40. Census 6 marcarum gravium super bono rustico in Opperau pro anniversario d. Tintzmanni procuratoris generalis capituli. 1613.
41. Census 18 talerorum pro capitulo super molendino in Criisänowitz ex fundatione domini Conradi Waibelii. 1609.



- Item fundatio ipsa domini Conradi Waibelii annuatim in die s. Catharinae executioni demandanda confirmata per capitulum. 1610.
42. Literae praefecti curiae episcopalis super censu 2 1/2 marcae in bonis Mandelau. 1410.
  43. Capituli s. Crucis literae se censu reemptio 6 florenorum Ungaricalium super scultetia in Franckenberg pro capitulo s. Johannis. 1570.
  44. Decani s. Crucis literae super censum 3 marcarum pro anniversario Michaëlis Hilteprant canonici Wratislaviensis in villa Wirtzen. 1596.
  45. Decani s. Crucis literae super censu 3 marcarum ex molendino in Wirtzen pro anniversario domini Adami Kessel ad s. Johannem. 1607.
  46. Scabinorum Wratislaviensium literae super censu 4 marcarum in platea Ruthenica. 1465.
  47. Literae super censum 6 marcarum gravium in Pentzsch. 1536.
  48. Censum 6 talerorum in Jelin sive Siilau super bono rustico Urbani Kuder, quorum tres veniunt pro anniversario Andreae Klimanni et tres Communitati vicariorum ratione horti cessi. 1617.
  49. Censum 3 talerorum super bono rusticali Georgii Weywoda in Melowitz pro fabrica. 1619.
  50. Censum 9 talerorum super bono Casparis Kuhna rustici in Eckerssdorff pro scholaribus s. Johannis. 1618.
  51. Censum 30 talerorum super scultetia villae decanalis Tschirn pro hospitali sive scholaribus. 1617.
  52. Censum 6 talerorum super bono rustico villae Gandau ad anniversarium domini Johannis Fersii. 1611.
  53. Censum 12 talerorum super bonum rusticum villae Polänowitz ad anniversarium Johannis Sitzsch episcopi Wratislaviensis. 1610.
  54. Censum 12 talerorum in scultetia villae Peterwitz Olsnensis districtus pro pauperibus scholaribus. 1611.
  55. Censum 6 marcarum gravium in villa Pleisch pro anniversario Habichtiorum canonicorum. 1593.
  56. Censum 7 talerorum 7 gl 2 ds in horto domini Basilii ante s. Mauritium pro anniversario Christophori Gerstmanni. 1602.
  57. Instrumentum super 1 marca census reemptiti in villa Wilckowitz super scultetia ibidem. 1416.
  58. Censum reemptius 2 marcarum in Korsslitz Wratislaviensis districtus pro capitulo. 1427.
  59. Censum i marcae super 3 mansis villae Granduschwitz pro pauperibus scholaribus. 1412.
  60. Censum reemptius duarum sexagenarum grossorum super 5 mansis villae Cosel pro altari s. Mariae Magdalenae in minori choro. 1541.
  61. Censum reemptitius 12 talerorum pro capitulo super horto retro Summum, qui est contiguus horto decanali. 1582.
  62. Censum 6 florenorum Hungaricorum super scultetia in Liechtenberg pro hospitali. 1570.
  63. Censum 6 talerorum 27 gl super tabernam in Birchenkretzscham pro anniversario Johannis Liubitzsch. 1591.
  64. Censum 6 marcarum ex allodio in Cantzerwitz. 1375.
  65. Censum 6 marcarum super bono rustico in Pleisch ad anniversarium Balthasaris Habicht. 1597.
  66. Rudolphi episcopi literae super censu 5 marcarum in et super 5 mansis

villae Mochbor pro altari ss. Floriani et Juliani martyrum in ecclesia cathedrali. 1467.

67. Censum 4 marcarum super villis Henrichsdorff et Nevenig pro pauperibus scholaribus. 1523.
68. Censum 22 talerorum 12 gl super scultetia ac taberna hortoque adpertenentibus in villa capitulari Cammelwitz pro stipendio olim Weigeliano. 1619. (Censum 12 marcarum super horto in suburbio San Mauritiano vide M. 61).
69. Censum 6 talerorum super bono rusticali in Radlowitz pro anniversario domini Martini Hilneri praepositi s. Crucis. 1617.

P. CENSUS REEMPTITII IN RELIQUIS SILESIAE DUCATIBUS, EXCEPTO EPISCOPATU ET WRATISLAVIENSI DISTRICTU

1. Censum unius marcae in villa Mancherwitz. 1417.
2. Censum 1/2 marcae super scultetia in Rudelsdorff Nimtzschensis districtus ad s. Aegidium. 1405.
3. Censum 25 floren. Ungaricorum super oppido Gora pro scholastico Wratislaviensi. 1457.  
Item literae aliae super eodem censu, quibus sc Goravienses submitunt censuris et excommunicationi, si dictos 25 Ungar, non soluerint. 1457.  
Item sententia interlocutoria inter Goravienses et dominum scholasticum, qui praetendebat manifestam offensam. 1479.
4. Censum 6 talerorum super 20 iugera in villa Franckenberg pro capitulo ad anniversarium Casparis Hiltprandi. 1612.
5. Censum 18 talerorum in Sabloth sub abbate Vincentino pro fabrica. 1616.
6. Censum 4 marcarum super bonis villarum in Elgot et in nova Elgot Olsnicensis districtus — fortassis pro hospitali. 1417.
7. Senatus Noviforensis literae super 1 marca census reemptitii fortassis pro hospitali. 1413.
8. Consensus DD. ducum Olsnensium super censum 4 marcarum reemptitium in et super villa Korsslitz in districtu Berstadiensis pro capitulo. 1415. (Vide infra 22).
9. Ducum Olsnensium literae super censum reemptitium 6 marcarum in Belitz, Gutenberg et Cortutzowitz. 1409.
10. 6.
11. Censum reemptitium 60 talerorum ex civitate Boleslaviensi per liberalitatem domini Tintzmanni pro capitulo. 1615.
12. Joachimi Friderici et Johannis Georgii ducum Brigensium literae census reemptitii 96 talerorum super villa Woygsdorff Olaviensis districtus pro schola et hospitali. 1590 <sup>7</sup>.
13. Literae census reemptitii 7 marcarum Polonicarum in Gora. 1514. (Censum reemptitium 20 florenorum in auro in et super civitatem Lignitz vide GG. 79. Censum 6 marcarum in Lossau Bregensis districtus vide GG. 80).
14. Literae officialis Wratislaviensis super censu 4 marcarum in villis Brositz et Uliasselitz, districtus Olsnensis, pro Johanne Westfali canonico vel cui ille legaverit. 1404.

<sup>6</sup> Przy numerze 10 jest miejsce wolne.

<sup>7</sup> Regest 12 jest skreślony, a na marginesie dopisano: „Hoc capitale relutum est anno 1698. 30 Septembris”.

15. Capitanei Wratislaviensis literae super censu unius marcae in Namslau pro pauperibus Christi. 1414.
16. Vidimus sive copia literarum census reemptitii 14 marcarum ex oppido Brega pro capitulo Wratislaviensi. 1525.
17. Thime von Kolditz capitanei Wratislaviensis literae super censum 6 marcarum in villa Belkau Noviforensis districtus. 1382.
18. Instrumentum publicum super censu 6 marcarum ex oppido Freiistat pro altaristis s. Bartholomei in sacristia ecclesiae Wratislaviensis. 1456.
19. Instrumentum publicum super censu 5 marcarum in villa Eisenberg, Strelensis districtus. 1377.
20. Capitanei Wratislaviensis literae super censu 5 marcarum in Belko Noviforensis districtus. 1410. Et super censu 10 marcarum ibidem. 1413.
21. Civitatis Franckensteinensis literae super censu annuo 12 marcarum pro altaristis ecclesiae Wratislaviensis. 1335.  
(Vide infra 28).
22. Literae super censu 4 marcarum in bonis Korsslitz, Berolstatensis districtus. 1415.  
(Vide supra 8).
23. Literae super censu 7 marcarum ex oppido Münsterberg pro altaristis ecclesiae Wratislaviensis. 1397.
24. Capitanei Franckensteinensis literae super censu 2 marcarum in villa Lebenstein Francosteinensis districtus pro altari s. Aegidii Wratislaviae. 1399.
25. Capitanei Wratislaviensis literae super censu 6 marcarum ex Thiergarten Aurensis districtus. 1370.
26. Ruperti, Henrici et Ludovici fratrum ducum Lignicensium literae super censu 2 marcarum in Wilkow prope Nimptzsch pro anniversario Nicolai de Posnania archidiaconi Wratislaviensis. 1400.
27. Capitanei Wratislaviensis literae super censu 5 marcarum in villa Heinrichsdorff Namslaviensis districtus pro altari in capella Borsnitiorum. 1414.
28. Nankeri episcopi confirmatio fundationis pro altaristis Wratislaviensibus ex 12 marcarum in Franckstein, inserta litera civitatis et confirmatio quoque ducis Bolkonis. 1335.
29. Sententia interlocutoria consistorii Wratislaviensis contra senatum Franckensteinensem ratione census 12 marcarum iam dicti. 1430.
30. Literae contractus 3 marcarum in villa Melotzschitz, Kleindorff et Pretzow Bernstadensis districtus pro altaristis. 1400.
31. Census reemptitius 30 floren. Ungar. singulos numerando pro 54 gr in Buntzlau pro custodia s. Johannis. 1570.
32. Census 11 marcarum super villa Leutmanssdorff civitatis Suidnicensis pro decima mansionaria in capella Hierusalem ibidem. 1529.
33. Census 44 marcarum super villa Pogrell Bregensis districtus pro capitulo. 1413.  
Item instrumentum publicum super eodem negotio ratione submissionis subditorum in Pogrell propter dictum censum. 1413.
34. Census 6 marcarum super civitate Oppoliensi et tribus eiusdem villis. 1384.
35. Census reemptitius 1 marcae in Mancherwitz districtus Olsnensis pro altari ss. Adalberti et Hedvigis in ecclesia Wratislaviensi. 1389.
36. Census 14 marcarum super oppido Brega pro capitulo. 1416.  
(Supra 16).

- Item super eodem censu literae officialis Wratislaviensiscui Bregenses sese in hac causa submitunt. 1416.
- Item literae Wenceslai episcopi et senioris ducum Lignicensium super eodem censu. 1416.
37. Census 10 Hungaricorum florenorum in auro super civitate Naumburg ad Queisam ad collecturam capituli excrescetiarum. 1561.
38. Transsumptum literarum abbatis Henrichoviensis super censu 2 marcarum in villa Frobensdorff factum per senatum Bregensem. 1453.  
Et super eodem censu transsumptum literarum ducis Ludovici factum per abbatem in Arena. 1525.
39. Literae Conradi ducis Olsnensis super censum reemptitium 3 marcarum in Sacharsowitz, 1413. Item literae officialis Wratislaviensis super eodem censu. 1413.
40. Instrumentum publicum super censu 12 marcarum in villa Weicherau, Cantensis districtus pro capitulo. 1412.  
(Vide infra 46).
41. Census 2 sexagenarum grossorum in bonis Stephansdorff, Schandwinchel et Sehndorff. 1477.
42. Ruperti ducis Lignicensis literae super censu 3 marcarum in bonis Siiroskii pro capitulo. 1390.  
Item Wenceslai episcopi literae super eodem censu. 1390.
43. Literae ducis Olsnensis super censu reemptitio 4 marcarum ex villis Maiori et Nova Elgot, districtus Olsnensis. 1417.
44. Kasimiri ducis in Strelin literae super censu 1 marcae in Karschau. 1417.
45. Literae episcopi Lubucensis super censu 1 marcae in villa Opatowitz ad quoddam altare in ecclesia s. Aegidii. 1405.
46. Conradi ducis Olsnensis literae super censu 12 marcarum in villa Weicherau Cantensis districtus. 1412.  
Item officialis Wratislaviensis literae super eodem censu. 1412.
47. Census 2 marcarum in Buchwalt Berolstatensis districtus. 1401.
48. Census 3 1/2 marcarum in Ossek Olsnensis districtus pro praepositura Wratislaviensi. (Literae fere deletae ut legi nequeant). 1394.  
(Infra 71).
49. Census 2 marcarum in Weicherau Cantensis districtus. 1417.
50. Census 1/2 marcae super quadam domo oppidi Münsterberg. 1425.
51. Literae ducis Bolkonis super censu 12 marcarum in oppido Francstein pro altari Corporis Christi et s. Catharinae. 1335.
52. Literae ducis Olsnensis super censu 4 marcarum in villis Brositz et Uliaswitz. 1404.
53. Literae super censu 2 marcarum ex villa Korsslitz pro anniversario Johannis Jenckwitz. 1427.
54. Literae ducis Lignicensis super censu 5 marcarum ex villis Roseritz, Rotenroseritz et Mantze in Nimicensi districtu ad altare Trium Regum in ecclesia cathedrali. 1471. Vidimatae per Wratislavienses. 1471. Originales literae sunt infra 60. Censum 10 marcarum super villis Hoenkirch. Wese et Elgot in Trebnicensi vide TT. 23.
55. Instrumentum submissionis propter censum 6 marcarum in villis Popelau, Sodelcowitz, Croschitz et Magna Dobitzna in districtu Oppoliensi pro capitulo. 1387.

56. Census 2 1/2 marcarum in villa Magna Tintz pro altari Beatae Mariae Virginis, Mariae Magdalенаe, Catharinae, Margarethae et Dorotheae in capella ss. Petri et Pauli in Summo Wratislaviensi. 1418.
57. Census 1/2 marcae in Münsterberg. 1411.
58. Instrumentum publicum super censu 6 marcarum super villa Zelawat advocatia, allodio ac molendino in Grensiin Olsnensis districtus. 1405.
59. Literae super censu 10 marcarum super villa Wiigandsdorff, allodio in Bela et molendino in Nova villa, Reichenbachensis districtus pro anniversario solenni Petri Pitzschen. 1377.
60. Literae Friderici ducis Lignicensis super censu 5 marcarum et in super villis Roseritz, Rotenroseritz et Manza. 1471.
61. Ludovici ducis Bregensis literae super censu 1 1/2 marcae in Sydekiin. 1375.
62. Literae super censu 2 marcarum in Elgot et Hoënkirch in Trebnicensi. 1401.
63. Conradi ducis Olsnensis literae super censu 4 1/4 marcarum in et super bonis Wese, Hoëkirch et Elgot in Trebnicensi pro altari Visitationis Beatae Virginis. 1463.
64. Census 5 marcarum super villa Alta ecclesia, districtus Rosenbergensis. 1408.
65. Literae Henrici ducis Silesiae super censu 1 1/2 marcae super villa Hertwigswalde in districtu Lubinensi. 1404.  
(Censum 7 marcarum super 50 mansos prope oppidum Jaur vide SS. 12).
66. Literae capitanei Francsteinensis super censu 4 marcarum in et super villa Heidau Francsteinensis districtus pro altari ss. Johannis Baptistae et Johannis Evangelistae. 1405.
67. Literae super censu unius marcae super quodam rusticali bono villae Rudelsdorff Nimicensis districtus pro altari ad s. Aegidium. 1408.
68. Literae capitanei Svidnicensis super censum reemptitium 4 marcarum in et super villam Rogau Svidnicensis districtus. 1398.
69. Ludovici ducis Bregensis et Olaviensis literae super censu 10 marcarum in et super bonis Jeltzsch, Beckern et Leschkowitz. 1365.  
(Cyfra 5 jest później przekreślona i poprawiona na datę 1364).
70. Literae scabinorum in Münsterberg super 1/2 marcam census in et super quadam domo in Münsterberg. 1425.  
Item aliae eorumdem literae super 1/2 marcam ibidem. 1410.
71. Census 3 1/2 marcarum super villa Ossek districtus Trebnicensis pro praeposito Wratislaviensi. 1394.  
(Supra 48).
72. Census 2 marcarum in Jopendorff. 1510.
73. Literae census 2 marcarum in quibusdam mansis villae Niclassdorff prope Lignitz. 1439.
74. Census 1 marcae in villa Lowbrzitz in Ritzinensi pro parocho in magna Saul. 1479.
75. Conradi episcopi Wratislaviensis et domini terrae Berolstatensis literae super censu 2 marcarum in Korsslitz iin Berolstatensi. 1426.
76. Civitatis Jauraviensis literae super censu 3 marcarum de redditibus civitatis quotannis solvendo pro altaristis s. Mariae Magdalенаe. 1508.

77. Civitatis Francsteinensis literae super censu 12 marcarum pro duobus altaribus Corporis Christi et s. Catharinae in ecclesia Wratislaviensi. 1335. (Supra 21, 28, 29).
78. Literae census 4 marcarum super villa Nippern in Noviforensi districtu. 1339.
79. Submissio villae Probischiin Goldbergensis districtus coram officiali Wratislaviensi et instrumentum publicum ratione census 6 marcarum pro tenentario villae Boguslawitz. 1388.
80. Instrumentum super censum reemptitium 5 marcarum ex villa Alta ecclesia in Rosenbergensi. 1408. (Vide V. 56). Item literae officialis Wratislaviensis super eodem censu. 1410.
81. Literae census 4 marcarum super quadam domo civitatis Gorau. 1554.
82. Wenceslai episcopi autoritate facta copia sive trassumptum contractus super censu 24 marcarum ex oppido Reichenbach. 1386.

Q. CENSUS REEMPTITII IN OPPIDIS ET VILLIS, VEL ETIAM SUPER CENSIBUS  
AUT REDDITIBUS EPISCOPATUS

1. Census 10 marcarum in Masslitz et Mangelau pro luminaribus ecclesiae. 1318.
2. Census 6 talerorum in Czirckwitz pro archidiacono Wratislaviensi. 1604.
3. Census 6 florenorum Ungaricorum in et super bonis Bechau in Nissensi 1578 pro fabrica.
4. Census 5 marcarum pro vicariis Wratislaviensibus super advocatia in Cant. 1395.
5. Census 4 marcarum super scultetia in Capsdorff. 1407.
6. Census 192 talerorum super Uiiast pro fabrica. 1609.
7. Literae Jodoci episcopi de censu 12 aureorum super bonis Persskenstein, Czeschdorff ad testamentum Weygelianum. 1462.
8. Literae Jodoci episcopi super eodem censu 12 aureorum.
9. Census unius marcae gravis super quadam domo retro Summum sub episcopali iurisdictione pro signatore s. Johannis. 1538.
10. Census 12 marcarum in Laschkowitz sub capitulo Nissensi pro fundatione, tenebrae et pro pace in cathedrali Wratislaviensi. 1583.
11. Census 30 talerorum super duas domos Schirouianas Nissae pro capitulo ad anniversarium Pauli episcopi. 1605.
12. Census 48 talerorum super Bischoffswalda in Nissensi districtu pro capitulo. 1615.
13. Census 60 talerorum super Bischoffswalda in Nissensi districtu pro decanatu Wratislaviensi. 1615.
14. Census 180 talerorum super bono Ossig in Grotkoviensi districtu pro praeposito Wratislaviensi. 1613.
15. Census 60 ducatorum in auro super villis Gusmansdorff in Nissensi et Czaupitz in Ottmuchoviensi ad decanatum. 1572.
16. Census 18 talerorum in villa Skozenin pro capitulo. 1615.
17. Census 16 florenorum Ungaricalium super Czirchewitz, literae Rudolphi episcopi pro fabrica. 1470.
18. Aliae literae officialis Wratislaviensis super eodem censu 16 florenorum in auro. 1470.

19. Episcopi Casparis literae super censu reemptio 36 marcarum in et super bonis omnibus comitis Christophori de Rodrozow in Pomssdorff in districtu Otmuchoviensi sitis. 1572. Wenceslai episcopi literae super cunsum 3 marcarum ad altare s. Aegidii ex Schidlakowitz vide GG. 95, 96.
20. Jacobi episcopi literae super censum 10 aureorum super redditibus episcopi in Buchau pro vicariis, qui tamen census a Mattaeo Lampricht fuit relutus et donatus capitulo. 1521.
21. Petri episcopi literae super censu 2 marcarum in et super collecturam Namslaviensem pro anniversario domini Petri Wartenberg canonici Wratislaviensis. 1454.
22. Johannis IX-ti episcopi literae super censu 10 marcarum ex testamento Weygeliano in bonis Falckenau et Kroschen. 1497.
23. Johannis V-ti episcopi literae super censu unius marcae altari 10000 militum super quodam allodio in Czirckwitz. 1515.
24. Preceslai episcopi literae super censu unius marcae pro altari Beatae Virginis in ecclesia cathedrali ex quibusdem hortis ante s. Mauritium. 1361.
25. Conradi episcopi literae super censu 8 1/2 marcarum in villa Kozel prope Kant. 1434.
26. Preceslai episcopi literae super 6 marcarum censu in Fürstenau Cantensis districtus et incorporatio eiusdem census pro altari s. Crucis in ecclesia Wratislaviensi. 1364.
27. Censu 6 ducatorum in auro super bonis Brüterei penes praeposituram in Neumarck sub iurisdictione episcopali. 1603.
28. Literae census annui 12 florenorum aureorum in Seifersdorff et Leipe districtus Grotcoviensis. 1476.  
Censum 1/2 marcae in villa Pirwischau pro praebendariis s. Johannis vide V. 36.
29. Censu reemptitius 6 marcarum super oppidum Cant pro plebano s. Elisabethae. 1413.
30. Literae super censu 1 marcae in Semschitz Cantensis districtus pro capitulo. 1401.
31. Praefecti curiae episcopalis literae super censu 3 marcarum ex scultetia in Peicherwitz. 1407.
32. Instrumentum publicum submissionis sculteti et rusticorum in Andressdorff Grotcoviensis districtus ratione census annui 20 marcarum. 1373.
33. Literae Jacobi episcopi super censu 3 marcarum ex villa Neudorff, qui census fuit redemptus ab abbatisa s. Clarae. 1537. (Vide N. 44).
34. Literae Johannis IV episcopi super censu 4 marcarum, 1 fertonis in bono Kosel Cantensis districtus pro altari capellae Francisci de Curia. 1485.
35. Literae administratorum episcopatus super censu reemptio unius marcae in Leupoltowitz. 1377.  
(Censum 4 marcarum ex fertonibus episcopalibus villae Beckern prope Lignitz vide K. 6).
36. Literae Rudolphi episcopi super censu 26 florenorum in Koppendorff pro monasterio Canonorum Regularium in Glotz. 1475.
37. Censu 1/2 marcae in Pirwischau pro sacristanis ecclesiae Wratislaviensis. 1442.
38. Censum 6 marcarum super scultetia et taberna in Sedlakowitz prope Cant. (Vide GG. 19).

R. BULLAE PONTIFICIAE ET ALIAE LITERAE SUMMORUM PONTIFICUM.  
ITEM INDULGENTIARUM PROMULGATIONES ET PECUNIARUM, INDE  
COLLECTIONES. ITEM PECUNIAE NUNTIIS APOSTOLICIS DATAE VEL  
NEGATAE

1. Facultas absolvendi haereticos, schismaticos, effactores et incendiarios ecclesiarum Conrado episcopo Wratislaviensi concessa ab Eugenio papa IV. 1440.
2. Revocatio indulgentiarum et indultorum variorum a se et praedecessoribus concessorum ad importunam quorundam instantiam Bonifacii papae IX.
3. Leonis X bulla ad Jacobum episcopum electum confirmatoria. 1521.
4. Leonis X bulla Jacobi episcopi electionem confirmans. 1521.
5. Leonis X literae ad capitulum confirmantes electionem episcopi Jacobi. 1521.
6. Leonis X literae ad vasallos ecclesiae pro Jacobo episcopo electo. 1521.
7. Leonis X literae ad clerum dioecesis Wratislaviensis pro Jacobo episcopo electo. 1521.
8. Leonis X literae ad populum dioecesis Wratislaviensis pro Jacobo episcopo electo. 1521.
9. Gregorii XIII bulla confirmatoria electionis Martini episcopi. 1574.
10. Gregorii XIII literae ad Martinum episcopum electum. 1574.
11. Gregorii XIII literae ad capitulum pro Martino episcopo electo. 1574.
12. Gregorii XIII literae ad clerum Wratislaviensem pro Martino episcopo electo. 1574.
13. Gregorii XIII literae ad vasallos ecclesiae pro Martino episcopo electo. 1574.
14. Gregorii XIII literae ad populum dioecesis Wratislaviensis pro Martino episcopo electo. 1574.
15. Gregorii XI bulla contra iniuriatores ecclesiae; iudices et executores constituti episcopi Posnaniensis et Misnensis et abbas in Claratumba.
16. Instrumentum publicum, cui inserta bulla Martini papae de censibus rempitiis. 1426.
17. Praepositus Wratislaviensis fatetur sibi redditae fuisse quasdam pecunias ex indulgentiis collectas pro conversione Graecorum et Orientis. 1438.
18. Instrumentum publicum ratione quarundam pecuniarum ex indulgentiis iisdem collectarum. 1438.  
(Vide infra 24).
19. Sixtus papa V confert praeposituram Wratislaviensem Johanni Sitzsch. 1585.
20. Processus super collationem praepositurae Wratislaviensis factam a Sixto papa V Johanni Sitzsch. 1585.
21. Literae duorum cardinalium, quibus concedunt indulgentias ecclesiae s. Aegidii. 1465.
22. Urbani papae indulgentiae pro ecclesia s. Aegidii.
23. Confirmatio commutationis gratiarum canonicalium pro censibus 40 marcarum in Grotkau et super hospitali s. Matthiae pro anniversario episcopi Conradi. Bulla Nicolai papae V. 1448.
24. Instrumentum publicum ratione quarundam pecuniarum pro indulgentiis collectarum ad mandatum concilii Basiliensis. 1438.  
(Vide supra 18).



25. Sacrosanctum iuramentum S. Romanae Ecclesiae atque Sedi Apostolicae devote praestitum per Martinum episcopum Wratislaviensem. 1574.
26. Brevia apostolica 7 ad episcopum Martinum scripta in uno fasciculo:
  1. Confirmatio electionis ipsius episcopi Martini.
  2. De consecratione et duobus abbatibus assistantibus et fidelitatis iuramento.
  3. De ordinandis extra tempora.
  4. De monasteriorum visitatione.
  5. De facultate celebrandi Missam domi in locis non sacris et foris in locis haereticorum extra catholicorum sacrumque locum.
  6. De Octavio Ceruiensis ecclesiae episcopo, nuntio apostolico.
  7. De Johanne Francisco episcopo Vercellensi, nuntio apostolico.
27. Bulla concilii Basiliensis de optionibus praebendarum denuo faciendis. 1435.
28. Bulla concilii Basiliensis de non admittendis externis ad capitulum Wratislaviense. 1435.
29. Concilii Basiliensis confirmatio statuti Wratislaviensis ecclesiae de extraneis non admittendis ad capitulum nisi graduatis. 1435.
30. Bonifacii papae IX bulla ratione aequalitatis praebendarum usque ad 12 marcas pro singulis.
31. Gregorii papae XII bulla ratione aequalitatis praebendarum usque ad 30 marcas pro singulis.
32. Bonifacii papae IX bulla ratione aequalitatis praebendarum usque ad 30 marcas pro singulis.
33. Nuntii apostolici literae, quibus imponit universo clero contributionem. 1389.
34. Eugenii papae IV bulla pro pugnantis contra haereticos hussitas cum plena remissione peccatorum, si in proelio occubuerint. 1431.
35. Transsumptum bullae Urbani papae VI contra antipapam tempore schismatis. 1379.  
(Informationem Pontifici faciendam de necessitatibus ecclesiae Wratislaviensis, ubi maxime agitur de insolentia Senatus Wratislaviensis vide W. 37).
36. Bulla Martini papae V, in qua amplificat indulgentias festi et octavae Corporis Christi, ante ab Urbano papa IV datas et concessas.
37. Literae dispensationis pro clericis, qui celebrarunt missas tempore interdicti in dissensione inter Nankerum episcopum et regem Bohemiae. (Avignon 3 Sept. 1343).
38. Transsumptum bullae Clementis pro legato in Ungariam et Poloniam misso, Avenione. 1355.
39. Quietantia data episcopo Wratislaviensi super soluto censu denarii s. Petri de anno 1366.
40. Instrumentum de tradita pecunia pro indulgentiis ratione reductionis Graecorum ad ecclesiam Romanam, quae pecunia fuit collecta in Gora et Sprottavia. 1437.
41. Quietantia super 250 florenis Hungaricis numeratis nuntio ab administratoribus et capitulo. 1377.
42. Collectores pecuniarum ex omnibus beneficiis et monasteriis totius provinciae contribuendarum, contumacibus excommunicationis sententiam dicunt. 1518.

43. Clementis papae VII bulla, qua datur facultas spoliandi ecclesias ad subsidium contra Turcas. 1529.  
(Infra 52).
44. Patriarchae cuiusdam legati apostolici mandatum ad ecclesiam Gnesnensem, ut sub poena excommunicationis statim refundant episcopo Wratislaviensi 200 aureos, quos ille pro sumptu legato ultra suam ratam enumeraverat. 1372.
45. Concordia administratorum ecclesiae et capituli pro procuratione bienniali cum legato Sedis Apostolicae pro 2000 florenorum Ungaricorum. 1376.
46. Urbani papae VI bulla, ubi provisio domini Wenceslai episcopi Lubucensis et translatio eiusdem ad ecclesiam Wratislaviensem.
47. Bulla Bonifacii papae IX super decima trienniali sub manu notarii transumpta et simul protestatio syndici capituli. 1366.
48. Preceslaus episcopus constituit procuratorem ad appellandum et protestandum contra triennem decimam a papa impositam. 1366.
49. Copia authentica duorum brevium apostolicorum Benedicti papae XII ad decanum Olomucensem in causa cuiusdam decimae per clerum Wratislaviensem solvendae. 1335.
50. Urbani papae VI facultas specialis absolvendi iniuriatores ecclesiae Wratislaviensis.
51. Instrumentum appellationis a nuntio apostolico per episcopum Preceslaum et capitulum totumque clerum Wratislaviensem propter non solutionem cuiusdam summae pecuniarum, quam ille postulaverat. 1373.
52. Clementis papae VII bulla, quod possint omnes ecclesiae spoliari pro subsidio dando Ferdinando regi contra Turcas. 1529.
53. Nicolai papae IV bulla confirmatoria privilegii ducis Henrici super terram Nissensem et Otmuchoviensem et cetera bona ecclesiae.  
Item eiusdem copia sive transsumptum factum. 1369.
54. Bonifacii papae IX bulla super indulgentia trium annorum pro ter recitantibus orationem Dominicam et salutationem Angelicam sub pulsu matutino et vespertino.
55. Bonifacii papae IX bulla indulgentiarum pro visitantibus ecclesiam Wratislaviensem in certis festivitatibus.
56. Eugenii papae et concilii Basiliensis bulla indulgentiarum in die Corporis Christi et per octavas.
57. Pii papae II bulla indulgentiarum plenarum in festo s. Johannis Baptistae. 1463.
58. Pauli papae II bulla confirmatoria indulgentiarum iam dictarum. 1470.
59. Sbignei episcopi Cracoviensis cardinalis indulgentiae pro ecclesia Wratislaviensi. 1450.
60. Vidimus bullae vetustissimae papae Adriani pro bonis ecclesiae Wratislaviensis. 1154.
61. Mandatum ad quietandum episcopum et capitulum Wratislaviensem ratione solutae pecuniae donatae Camerae Apostolicae. 1362.
62. Quietantia data episcopo Preceslao ratione pecuniarum Camerae Apostolicae solutarum ad 800 fere aureos. 1343.
63. Quietantia data eidem Preceslao et clero Wratislaviensi ratione 250 aureorum Romam missorum. 1374.
64. Pauli papae II bulla, in qua constituit episcopos Misnensem et Posnaniensem conservatores et recuperatores libertatis ecclesiae Wratislaviensis.

65. Instrumentum publicum, in quo archipresbyter Teschensis asserit se cum capitulo Wratislaviensi appellare ab imposita decima per quemdam collectorem papalem. 1399.
66. Leo X confirmat capitulo omnia privilegia ante a Sede Apostolica obtenta, quocumque nomine censeantur. 1516.
67. Urbani papae VI gratia super praebendam ecclesiae s. Aegidii, quae erat reservata.
68. Martini papae V bulla ratione indulgentiarum festi Corporis Christi.
69. Pii papae II bulla plenariae indulgentiae in festo decollationis s. Johannis pro ecclesia cathedrali Wratislaviensi cum appendice, ut elemosynae collectae partim ad fabricam s. Bernardini impendantur, partim reponantur ad usum a Sede Apostolica nominandum. 1467. (Literae perforatae).
70. Breve Clementis papae VII, quo datur facultas Jacobo episcopo absolvendi schismaticos et haereticos. 1530.  
(Reliqua huc pertinentia sunt reposita in capsulam WW alias vacuum, cum hic locus non esset).

S. ELECTIO EPISCOPORUM ET INTRODUCTIO. ITEM IUS CAPITULI SEDE VACANTE. ITEM COADIUTORUM ASSUMPTIO CUM SPE SUCCESSIONIS

1. Instructio in negotio electionis Jacobi episcopi data legatis ad regem Bohemiae.
2. Literae Johannis IV episcopi super articulis Rudolfinis. 1506. Item insinuatio decreti postulationis eiusdem facta. 1482.
3. Decretum postulationis Rudolphi ad ecclesiam Wratislaviensem. 1467.
4. Procuratorium Rudolphi quibusdam personis datum ad capiendam possessionem et praestandum ecclesiae iuramentum. 1468.  
Item formula iuramenti episcopo Rudolfo a subditis praestiti.  
Item Venerabile capitulum constituit duos ex gremio, qui notificent S.D.N. postulationem Rudolphi. 1468.
5. Processus electionis episcopi Petri. 1447.
6. Archiepiscopus Gnesnensis confirmat electionem Petri Nowak in episcopum Wratislaviensem. 1447.
7. Instrumentum declarans causas, ob quas tradita sit possessio episcopatus Jacobo episcopo electo ante breve apostolicum. 1520.
8. Instrumentum constituens procuratorem in Urbe ad petendum confirmationem Jacobi electi episcopi. 1520.
9. Iuramentum sive articuli ab episcopo Jacobo ecclesiae et capitulo iurati. 1522.
10. Capituli consensus pro assumendo domino Johanne Turzone decano in coadiutorem episcopi Johannis IV-ti. 1502.
11. Articuli episcopales iurati per reverendissimum dominum Martinum. 1574.
12. Instrumentum protestationis factae per Jodocum de Rosenberg episcopum electum, cum ingrederetur habitare in Summo. 1457.
13. Instrumentum, quo capitulum mandat uni canonico, ut civitates episcopatus homagio liberet et episcopo Petro illud praestari faciat. 1447.
14. Absolutio ab excommunicatione pro capitulo ratione fructuum sede vacante mortuo Preceslao episcopo perceptorum. 1389.
15. Mandatum capituli ad restituendum Conradum episcopum et praestan-

dum illi denuo per subditos ecclesiae homagium, postquam iam episcopatu se fraudulenter abdicaverat. 1446.

(Infra 25).

16. Procuratorium capituli pro Rudolfo episcopo electo in possessionem mittendo et homagio per ecclesiae subditos praestando. 1468.
17. Instrumentum articulorum iuratorum per capitulum tempore postulationis Casparis a Logau episcopi Novae Civitatis in episcopum Wratislaviensem. 1562.
18. Confirmatio Petri Nowack electi episcopi Wratislaviensis data per archiepiscopum Gnesnensem. 1447.
19. Archiepiscopi Gnesnensis insinuatio ad Henricum et Wlotconem duces Glogoviae de confirmatione episcopi Petri. 1447.
20. Friderici III imperatoris privilegium nobilitatis pro Johanne Rot postea episcopo Wratislaviensi. 1464.
21. Alexandri papae VI bulla pro coadiutoria Johannis Turzonis cum spe succedendi. 1503.
22. Mandatum a capitulo datum recipiendi iuramentum a Johanne Turzone coadiutore in eventu, si episcopum mori contingeret. 1506.
23. Decretum electionis episcopi Jacobi de Salza et petitio confirmationis eiusdem. 1520.
24. Confirmatio episcopi Balthasaris a Paulo papa III. 1549.
25. Instrumentum cessionis domini Conradi episcopi de episcopatu. 1444. (Supra 15).
26. Acta per administratores ecclesiae post mortem domini Johannis Turzonis episcopi. 1520.
27. Receptio reverendissimi patris domini Rudolphi in episcopum Wratislaviensem et articulorum per ipsum confirmatorum nova ratificatio et iuratio. 1468.
28. Bulla Urbani papae VI, ubi Wenceslao episcopo Lubucensi confertur episcopatus Wratislaviensis.
29. Archiepiscopus Gnesnensis insinuat dominis ducibus Opoliensibus Bernhardo, Bolkoni et Nicolao confirmationem Petri Nowak ad episcopatum Wratislaviensem eundemque ipsis commendat. 1447.
30. Dispensatio pro domino Conrado episcopo Wratislaviensi in subdiaconatus ordine constituto, ut posset accipere ordines diaconatus et presbyteratus a quocumque episcopo una et eadem die.
31. Calisti papae III bulla de quibusdam articulis ab episcopo Petro iurandis et servandis inter alia, ut capitanei iurent capitulo et ne ultra 12 equos et 24 familiares alat episcopus, donec ad pinguem fortunam perveniat. Articuli aliquando iterum practicandi.
32. Georgii ducis Bregensis et S. de Promnitz baronis commissariorum relatio ad imperatorem Maximilianum post electionem episcopi Martini. Adiunctae etiam literae Martini episcopi electi et caesaris ad easdem humanissimum responsum. 1574.
33. Caesaris Speciani nuntii apostolici mandatum ex commissione Clementis papae VIII, cuius breve insertum ad capitulum de sequestrandis redditibus episcopatus tempore sedis vacantis. 1597.  
Item eiusdem mandati relaxatio et restitutio capituli in priorem libertatem et ius sedis vacantis. 1598.
34. Citatio canonici ad electionem novi episcopi. 1520.

- Item alia post obitum episcopi Jacobi, 1539.
35. Citatio generalis ad electionem novi episcopi. 1539.
  36. Instrumentum articulorum iuratorum per episcopum Petrum. 1451.
  37. Decretum postulationis Johannis episcopi ab ecclesia Lauantina ad Wratislaviensem. 1482.
  38. Instrumentum iuramenti episcopi Johannis IV. 1482.
  39. Instrumentum articulorum iuratorum Petri episcopi Wratislaviensis. 1451.
  40. Instrumentum articulorum iuratorum a capitulo ante electionem Jodoci de Rosenberg. 1456.
  41. Rationes quaedam capituli pro Jacobo episcopo electo earumque refutatio in favorem Johannis Alberti marchionis Brandenburgensis a rege Ungariae et pontifice commendati ad episcopatum.
  41. Reversales serenissimi regis Poloniae capitulo datae in causa serenissimi principis Caroli Ferdinandi in coadiutorem adsciscendi. 1624<sup>8</sup>.
  42. Fasciculus literarum serenissimi regis Poloniae in causa coadiutoriae et episcopatus. 1624.
  43. Fasciculus literarum, ubi bulla Urbani papae VIII super episcopatu Wratislaviensi pro serenissimo principe Poloniae et Sueciae et aliae literae eiusdem episcopatus possessionem concernentes. 1625.
  44. Reversales Ferdinandi II ratione electionis liberae episcopi ante electionem Caroli Ferdinandi. 1624.

T. PROCESSUS IURIDICI. ITEM EXCOMMUNICATIONES AC MONITORIA AD INSTANTIAM CAPITULI OBTEUTA. ITEM PRIVILEGIA REGUM ET PRINCIPUM CONTRA OPPRESSORES ECCLESIASTICAE LIBERTATIS. ITEM SENTENTIAE IUDICIALES VEL ARBITRARIAE CONTRA INVASORES ECCLESIAE LATAE. ITEM CONTRA HAERETICOS EORUMQUE FAUTORES

1. Excommunicatio contra Henricum Nassenborn decanum ecclesiae s. Crucis Opoliensis in causa Wratislaviensi. 1431.
2. Instrumentum publicum de praesentato ducibus Lignicensibus, qui ecclesiasticorum subditos vexabant, monitorio apostolico. 1499.
3. Transsumptum privilegii regis Matthiae Rudolfo episcopo et toti clero suae dioecesis datum contra iniuriatores et oppressores libertatis ecclesiasticae eiusque bonorum defraudatores. 1475.
4. Preceslai episcopi processus et excommunicatio contra Conradum a Pitlitz possessorem in Jeltsch ratione vicinorum pascuorum et sylvae. 1352.
5. Preceslai episcopi processus excommunicatorius contra Czenconem Prilitz in Jeltsch propter vicina pascua et sylvam. 1374.
6. Pii papae II bullae copia authentica pro Wratislaviensibus et Namslaviensibus contra Georgium Pobiebrad regem Bohemiae electum, ne praesent illi homagium. 1463.  
Item eiusdem Georgii literae Bohemiae. 1464.
7. Compromissum ducis Bolkonis factum in episcopum Cracoviensem. 1295.
8. Sententia arbitraria episcopi Cracoviensis inter ecclesiam Wratislaviensem et ducem Bolkonem ratione quarundam violentiarum ab eodem duce in clerum commissarum. 1296.
9. Preceslaus episcopus et Conradus dux Olsnensis compromittunt in archi-

<sup>8</sup> 41 dopisane później ręką Berghiusa.

- episcopum Gnesnensem ratione violentiarum a duce et suis in ecclesiae subditos commissarum. 1344.
10. Mandatum regium Ferdinandi ad Suidnicenses (nobiles et reliquos) ne ecclesiasticis census aut decimas solvere detrectent. 1531.  
(Nankeri episcopi excommunicationem Johannis regis Bohemiae capitanei et consulum Wratislaviensium vide NN. 8).
  11. Citatio Bolkonis ducis Opoliensis et complicum suorum ad videndum se declarari incidisse in sententias constitutionum provincialium et est prima. 1401.
  12. Wenceslai episcopi processus contra ducem Bolkonem et complices. 1403.
  13. Instrumentum compromissi ducis Bolkonis de Opolia pro se et heredibus suis cum capitulis s. Johannis et s. Crucis super damnis eisdem illatis. 1403.
  14. Aliud compromissum ducis Bolkonis in dominum episcopum Wenceslaum cum capitulo Wratislaviensi et suppletio certorum defectuum. 1403.
  15. Instrumentum compromissi capituli s. Crucis in Wenceslaum episcopum cum duce Bolkone de Opolia super damnis capitulo irrogatis. 1403.
  16. Reductio in pristinas excommunicationis, aggrovationis et interdicti sententias contra ducem Bolkonem et complices. 1406.
  17. Sententia arbitralis pro parte capitulorum Wratislaviensium et s. Crucis ac cleri contra ducem Bolkonem de Oppol, qui est condemnatus in 400 marcarum et incidit in poenam centum marcarum auri puri. 1405.
  18. Wenceslai episcopi citatio contra Henricum ducem Olaviensem ad respondendum super positionibus et articulis, et videndum iurare testes et audiendum se declarari incidisse in sententias excommunicationis. 1412<sup>9</sup>.
  19. Literae ducis Bolkonis, in quibus continentur, quomodo de captivitate dimisit cunctos sacerdotes et laicos et promittit eosdem numquam repetere, neque eorum fideiussores. 1370.
  20. Processus Posnaniensis episcopi contra invasores episcopatus Wratislaviensis vigore bullae Gregorii papae XI. 1376.
  21. Civitatio cum inhibitione Romae expedita contra nobiles Wratislavienses et Noviforenses cogere volentes capitulum ad onera publica. 1516.
  22. Officialis Wratislaviensis aggravat excommunicationis sententiam contra quemdam, idque vult publice coram populo executioni demandari. 1493.
  23. Wenceslai episcopi citatio ad audiendum ducem Bolkonem declarari incidisse sententias virtute constitutionum provincialium promulgatas et ad videndum induci testes super damnis illatis et notorietate facti et est secunda. 1401.  
(Supra 11).
  24. Wenceslaus episcopus citat ducem Bolkonem et eius complices ad videndum iurare testes et ad audiendum eos declarari incidisse in sententias vigore constitutionum provincialium fulminatas et est quarta. 1401.
  25. Wenceslai episcopi aggravatio contra ducem Bolkonem et eius complices. 1402.
  26. Reductio ducis Bolkonis in pristinas excommunicationis sententias. 1402.
  27. Processus domini archiepiscopi Gnesnensis ad episcopum Preceslaum, ut statuta provincialia in sua dioecesi exercitentur contra ducem Bolkonem Suidnicensem pro eo, quod oppidum Grotkau occupavit. 1360.

<sup>9</sup> Datę w tym miejscu Berghius napisał błędnie, mianowicie 1512; później napisano 1412.

28. Gregorius papa XII committit episcopis Posnaniensi, Plocensi et Misnensi aggravare sententias contra ducem Bolkonem promulgatas.
29. Secundum instrumentum compromissi ducis Bolkonis cum capitulis Maioris et s. Crucis ecclesiarum Wratislaviensium. 1403. (Supra 13).
30. Wenceslaus episcopus differt ad certum terminum pronuntiationem et caussam compromissi inter capitulum et ducem Bolkonem. 1404.
31. Processus Nicolai abbatis in Mogla Cracoviae auctoritate Gregorii papae XI contra iniuriatores ecclesiae Wratislaviensis. 1375.
32. Commissarii pontificii citatio et inhibitio contra Carolum ducem Olsnensem pro praeposito, scholastico et custode s. Crucis. 1521.
33. Bonifacii papae IX bulla confirmans processum ab episcopo Wenceslao factum contra ducem Bolkonem, Nicolaum et suos complices, ecclesiasticorum bonorum invasores.
34. Urbani papae V bulla ad episcopos Posnaniensem et Misnensem et abbatem Vincentinum, quos constituit conservatores ecclesiasticae libertatis contra iniuriatores et praedatores bonorum ecclesiasticorum.
35. Gregorii papae XI bulla ad eosdem episcopos et abbatem in Mogla Cracoviae eiusdem tenoris, ut praecedens contra violentos ecclesiarum turbatores, qui etiam non possint absolvi nisi a solo Romano Pontifice.
36. Vidimus literarum Pauli papae II contra regem Bohemiae Georgium eiusque asseclas haereticos et eorundem fautores publicum per Rudolphum nuntium apostolicum. 1468.

V. EPISCOPORUM TESTAMENTA ET DERELICTA. ITEM CANONICORUM ET VICARIORUM IN SUMMO TESTAMENTA, EXECUTORES ET EXECUTIONES. ITEM PIAE FUNDATIONES

1. Instrumentum publicum de calice aureo, qui per mansionarium Cryptae legatus fuerat sub certis conditionibus et a guardiano ad s. Bernardinum recusatus fuit. 1474.  
(Ex testamento Weygeliano XII aureos annui redditus — vide Q. 7, 8. Item census 10 marcarum vide Q. 22. Pro eodem testamento vide census tal. 27 gr 32. O. 24).
2. Instrumentum publicum, quo executores Petri de Wartenberg census 40 florenorum Ungaricalium cedunt, donant et transferunt in capitulum ita tamen, ut per octavam Corporis Christi canantur extra horas Psalterium in choro, et residuum convertantur in usum pauperum scholarium et sacerdotum emeritorum. 1481.
3. Instrumentum publicum, cui insertum testamentum domini Johannis Hesse canonici Wratislaviensis, quo is legat 3 marcas annuas canonicis et 1 marcam annuam vicariis ecclesiae Wratislaviensis pro perpetuo anniversario. 1439.
4. Instrumentum testamenti domini Nicolai Tempelfeldt super 12 marcis pro lectore in theologia. 1472.
5. Compositio cum Camera Apostolica in 20000 fl. ex derelictis Preceslai episcopi. 1376.
6. Consensus duorum ducum Henrici et Ludovici, ducum Lignicensium, super testamento per reverendissimum dominum Wenceslaum episcopum Wratislaviensem et ducem Lignicensem erigendo. 1409.  
Item earundem literarum transsumptum authenticum. 1417.

7. Testamentum Wenceslai episcopi, ubi legat capitulo 6000 marcas. 1414. (Item duplex copia eiusdem, altera in membrana, altera in charta).
8. Leonis papae X citatio cum inhibitione inserta contra dominum Fridericum ducem Legnicensem, occasione veteris debiti sex milium marcarum, in quo obligatur ecclesiae ex testamento olim domini episcopi Wenceslai. 1516. (Vide supra 6, item Y. 6).
9. Copia testamenti episcopi Jodoci. 1467.
10. Clemens papa VI Jacobo episcopo concedit facultatem testandi ad 4000 ducatorum. 1526.
11. Facultas testandi a capitulo reverendissimo episcopo Balthasari data. 1543.
12. Copia reversalium, quas Bathasar episcopus dedit, accepto consensu pro condendo testamento. (Infra 31).
13. Literae reversales Casparis episcopi post datam facultatem testandi. 1570.
14. Inventarium derelictarum rerum episcopi Casparis Logi; transactio capituli cum eiusdem heredibus et consanguineis. 1574. (Infra 30).
15. Consensus capituli ad condendum testamentum datus episcopo Martino. 1580.
16. Martini episcopi reversales ratione census dati ad condendum testamentum. 1580.
17. Concordia facta inter capitulum et Albertum Gerstman ac Georgium Springssfeldt super quibusdam derelictis ex testamento episcopi Martini. 1589.
18. Testamentum episcopi Andreae. 1589.
19. Concordia episcopi Andreae cum heredibus episcopi Martini. 1586.
20. Facultas testandi data episcopo Johanni a capitulo. 1606.
21. Episcopi Johannis Sitsch reversales literae capitulo datae post acceptam ab eo facultatem testandi. 1606.
22. Literae donationis paterae aureae per dominum doctorem Augustinum de Olmutz canonicum Wratislaviensem inter donaria ecclesiae reponenda. 1513.
23. Testamentum domini Apetzkonis episcopi Lubucensis, olim scholastici Wratislaviensis, ubi donat villam Protzan in Francksteinensi et Neudorff in Nissensi capitulo. 1352.
24. Dominus Johannes Bervici decanus Glogoviensis et canonicus Wratislaviensis donat inter vivos omnia bona sua mobilia et immobilia Leonhardo de Franckenstein, notario capituli et altaris Wratislaviensi. 1381.
25. Testamentum Johannis Schnellenwalde, alias Cerdonis, pro praecentore et mansionariis capellae B. Virginis in ecclesia Wratislaviensi. 1390.
26. Testamentum domini Beneschau decani pro fabrica ecclesiae Wratislaviensis. 1417.
27. Codicillus domini Petri Jenckwitz canonici Wratislaviensis. 1521.
28. Testamentaria donatio cuiusdam domus post Summum facta mansionariis s. Johannis per episcopum Conradum. 1447.
29. Mandatum capituli certis personis datum ad exequendum, si episcopum mori contigisset et vindicandum etiam bona deperdita. 1506.
30. Testamentum episcopi Caspari. 1572.
31. Concordia inter capitulum et executores episcopi Balthasaris propter testamentum. 1562.
32. Testamentum Simonis Wartenberg canonici Wratislaviensis, in quo legat censum 6 marcarum in Czirchowitz pauperibus scholaribus. 1443.



- (Reverendissimi domini Conradi Waibelii foundationem de censu 18 talentorum annuatim in die s. Catharinae vide O. 41).
33. Rudolphi episcopi literae et institutio officii Beatae Virginis in castro Ot-muchoviensi decantandi pro anima domini Henrici Clodebog, fratrumque et propinquorum eiusdem. 1470.
  34. Communitatis vicariorum literae super foundationem Gregorii Lingessfeldt archidiaconi et canonici Wratislaviensis, ex qua acceptis scilicet 50 aureis, obligati sunt ad unna missam singulis diebus dominicis in capella sub turii maiori. 1529.
  35. Capituli literae super censu 5 marcarum ex redivibus capituli Protzanensibus quotannis solvendo, quarum tres pro anniversario domini Nicolai Gleiwitz, reliquae duae pro pauperibus expendantur. 1393.
  36. Instrumentum publicum super censu 1/2 marcae super villa Pírbischau pro praebendariis s. Johannis. 1420.
  37. Communitatis vicariorum s. Johannis literae super fundatione Matthaei Lampricht et censu 5 aureorum pro iisdem vicariis. 1545.
  38. Balthasaris episcopi literae super censu 20 aureorum ex oppido Grotkau pro Matthaeo Lampricht in vita et post obitum eiusdem civitatis commodis pro libitu applicando. 1549.
  39. Senatus Wratislaviensis literae super censum 5 marcarum gravium pro eleemosyna expendendarum ex fundatione Matthaei Lampricht. 1549.  
(Aliam fundationem 36 Ung. annuorum Nissae pro hospitali ab eodem domino Lampricht erectam vide X. 52).  
(Item eiusdem fundationem in praetorio Wratislaviensi pro captivis et ad mortem damnatis vide X. 53).
  40. Testamentum et fundatio cuiusdam Crisani ratione boni Crisanowitz pro canonico, ita tamen, ut ad horas et officia perpetuis temporibus candela in choro ardeat. 1231.
  41. Fundatio cuiusdam doctoris Fabiani atque census perpetuus 2 marcarum super quodam horto ante s. Mauritium sub archidiaconi iurisdictione pro perpetuo anniversario. 1490.
  42. Dominus Otto Schokowitz constituit per publicum instrumentum executores suae ultimae voluntatis. 1363.
  43. Instrumentum publicum, in quo Johannes Kottener constituit executores suae ultimae voluntatis et legat censum 2 marcarum pro calceamentis pauperibus scholaribus. 1433.
  44. Instrumentum publicum super donationem Agnetis Wüsthubin factam capitulo omnium suorum censuum, quos habebat super domo hospitali s. Matthiae, ut extra ordinem psalmi Davidici in ecclesia a quibusdam personis decantarentur. 1430.
  45. 46. Fundatio 2 marcarum in Sülcowitz et Spelerdorff pro lampade perpetuo servanda ante altare Corporis Christi in ecclesia Wratislaviensi. 1334 et 1336.
  47. Testamentum Annae Obrechtin, in quo legatur capitulo census 2 marcarum pro anniversario dictae Annae eiusque marito perpetuo tenendo. 1453.
  48. Testamentum domini Johannis Sommerfeldt, in quo fundatio census 5 marcarum et 3 maldratarum siliginis ex villa Gaii pro altari in ecclesia cathedrali erigendo, cuius ius patronatus spectet ad capitulum. 1366.
  49. Abbatis et conventus s. Vincentii literae, quibus fatentur se accepisse

- 20 florenos in auro ad anniversarium domini Matthiae Kolbe archidiaconi Wratislaviensis perpetuo celebrandum. 1516.
50. Fundatio anniversarii pro episcopo Lubucensi ex reditu annuo 4 marcarum.
  51. Caroli IV privilegium episcopo Preceslao datum propter census in Wratislaviensi et Noviforensi fundatos pro mansionariis Beatae Virginis in ecclesia cathedrali. 1354.
  52. Transactio episcopi Martini et capituli cum haeredibus Casparis Logi episcopi. 1574.
  53. Facultas testandi data Jacobo episcopo a capitulo. 1534.
  54. Quietantia procuratoris hospitalis s. Lazarii Wratislaviae de 600 marcis a quaestore episcopi Martini rite acceptis. 1582.
  55. Quietantia senatus Nissensis de 616 taleris pro hospitali Nissensi per episcopum Martinum enumeratis. 1582.
  56. Testamentum Nicolai Czobzitz subcustodis Wratislaviensis, ubi legat censum 5 marcarum pro vestiendis pauperibus, maxime scholaribus, constituitque executorem perpetuum huius foundationis rectorem scholae s. Elisabethae Wratislaviensis. 1425.  
(Censum harum 5 marcarum vide P. 80).
  57. Senatus Wratislaviensis et provisorum hospitalis hypobolinaeorum pueros Wratislaviensium literae super censum 5 marcarum pro hospitali dicto, ex fundatione Matthiae Lampricht canonici Wratislaviensis. 1547.
  58. Testamentum Johannis Rudisch clerici Wratislaviensis, in quo legat censum 3 marcarum super quibusdam aedibus in foro Wratislaviensi sitis distribuendum inter pauperes. 1407.
  59. Fundatio redditus 2 marcarum pro anniversario Philippi de Zeletaw canonici Pragensis, Wratislaviensis et Olomucensis. 1402. Balthasaris episcopi fundationem pro ministris ecclesiae, donantis 3000 tal. in censum reemptitium elocandis vide DD. 52.

W. VARIA CUM VEL A WRATISLAVIENSIBUS ACTA, ECCLESIAM VEL CAPITULUM CONCERNENTIA

1. Sacerdotis Wratislaviae captivi per publicum instrumentum professio, quomodo carcerem evaserit. 1367.
2. Sententia arbitraria Wratislaviensium inter Nicolaum Stock mandatarium capituli et Cruschinam adversarium capituli. 1445.
3. Instrumentum constitutionis procuratoris coram rege Bohemiae per episcopum et capitulum in causa expulsionis cleri. 1369.
4. Instrumentum protestationis contra cives Wratislavienses in causa expulsionis. 1368.
5. Transsumptum authenticum amotionis interdicti in causa expulsionis. 1369.
6. Instrumentum, quo praelati et canonici tuentur factum, quod composuerint causam cum Wratislaviensibus de expulsionem cleri propter iustum metum. 1369.
7. Instrumentum publicum super concordia facta inter episcopum Wenceslaum et capitulum ex una, et consules ac civitatem Wratislaviensem ex altera parte ratione excessuum ante ab istis commissorum. 1442<sup>10</sup>.

<sup>10</sup> Berghius podał tutaj błędnie datę 1442, biskup Wacław bowiem umarł w 1419 r.; ściśle idzie tu o datę dokumentu z 25.10.1417 r.

8. Instrumentum, quod recens facti consules Wratislavienses nomine civitatis promiserint sub fide et honoribus suis se velle protegere clerum. 1439.
9. Instrumentum, quod recens facti consules Wratislavienses nomine consulum promiserint, ad quod se teneri fassi sunt vi iuramenti, se velle protegere clerum. 1440.
10. Recognitio consulum Wratislaviensium de transactione inter capitulum et heredes cuiusdam archidiaconi Wratislaviensis. 1445.
11. Instrumentum, quod Carolus IV imperator miserit nuntios ad episcopum et capitulum, postulatum, ut capitulum per literas fateretur nullum sibi ius supra civitatem aut ducatum Wratislaviensem competere, quod et capitulum fecerit, nes ab imperatore reversales impetrare potuerit, quibus caveretur ratione illorum bonorum, quae sub Wratislaviensi districtu capitulum possideret. 1367.
12. Instrumentum, quod episcopus Preceslaus et capitulum per metum compromittere coacti fuerint cum consulibus Wratislaviensibus in Carolum IV imperatorem. 1339.
13. Instrumentum quod consules Wratislavienses promiserint capitulo et toti clero Wratislaviensi defensionem. 1342.
14. Copia sententiae Caroli IV-ti imperatoris inter episcopum ac capitulum et consules Wratislavienses libertati ecclesiasticae maxime praeiudicialis, videlicet, ut capitaneus et consules possint coërcere familiares ecclesiasticorum delinquentes, quodque privilegia in contrarium et pro ecclesiasticis data debeant esse irrita.
15. Copia instrumenti super conclusionem capituli et episcopi, quod nequam permisuri sint, ut familiares eorum a Wratislaviensibus iudicentur, quodque liceat capitulo ob similes casus civitatem supponere interdicto, vigore literarum Urbani papae V. 1369.
16. Episcopus et capitulum constituit procuratorem ad praesentandum consulibus Wratislaviensibus copiam statuti de non captivandis hominibus ecclesiae. 1366.
- 17, 18, 19. Instrumentum publicum de quodam Stancone rustico in Streganowitz a Wratislaviensibus in cippum coniecto et captivo detento. 1367.
20. Protestatio per publicum instrumentum, Wratislavienses subiacere interdicto ob carceratum rusticum subditum ecclesiae, vigore indulti archiepiscopi Gnesnensis. 1367.
21. Instrumentum appellationis interpositae pro parte Wratislaviensium ratione interdicti lati et publicati per capitulum. 1367.
22. Constitutio procuratoris in Romana Curia contra consules Wratislavienses. 1368.
23. Revocatio procuratoris per consules Wratislavienses constituti in causa inchoata contra capitulum. 1368.
- 24, 25, 26. Preceslaus episcopus relaxat interdictum, quo tenebantur consules Wratislavienses propter rusticum Stanconem incarceratum. 1368.
27. Literae civitatis Wratislaviensis, in quibus cavetur Johannem Hoppe de facto nihil tentaturum esse contra capitulum et subditos eius. 1473.
28. Concordia facta inter episcopum ac capitulum ex una, itemque consules et civitatem Wratislaviensem ex altera parte super fluxu Oderae retro Summum. 1425.
29. Reversales Wratislaviensium ratione gratiae a capitulo obtentae, quod possent construere alas ad coërcendum flumen in fundo ecclesiae. 1448.

30. Reversales Wratislaviensium, quod subditi capituli non teneantur ad refectionem viarum et pontium. 1521 <sup>11</sup>.
31. Reversales Wratislaviensium de vecturis ad refectionem aggerum per capituli subditos precoario factis. 1528.
32. Reversales Wratislaviensium ratione captivi cuiusdam ex Insula et iurisdictione capituli concessi. 1568.  
(Concordiam inter Conradum episcopum et quemdam Henricum Cruschianam arbitris Wratislaviensis conclusam vide D. 15.  
Concordiam inter duos nobiles ratione cuiusdam piscinae extruendae prope villam episcopalem Bischofsdorff coram Wratislaviensibus factam vide D. 16.  
Querelam Piccolominei praepositi de Wratislaviensium tergiversatione in administranda iustitia ratione parochi in Oltaschin debitarum decimarum et missalium vide M. 15).
33. Scabini Wratislavienses remittunt scultetum in Cammelwitz et sororem, litigantes, ad suum magistratum atque capitulum. 1490.
34. Senatus Wratislaviensis ratione regalis officii sententia inter quosdam cives Nissenses et alios super quadam casula et imagine s. Wenceslai oppigneratis. 1448.
35. Wratislaviensium literae ad episcopum Jacobum, quibus expetunt episcopi praesentiam, ut cum eodem possint consultare de munitione civitatis et Summi, adiungunt etiam querelam de praeposito Sanctae Crucis, quem rumor sit ad Sac. Caes. Maiestatem profectum esse, accusatum Wratislavienses de destructione monasterii s. Vincentii. 1529.
36. Concordia quaedam inter episcopum Wratislaviensem capitulumque et senatum Wratislaviensem, quae causa in foro saeculari et ecclesiastico debeant tractari. 1440.
37. Informatio proponenda coram Papa de necessitatibus ecclesiae Wratislaviensis, estque maxime querela contra senatum Wratislaviensem.
38. Legati apostolici literae, quibus subdelegat episcopum Misnensem ad audiendum et componendum controversiam vertentem inter capitulum Wratislaviensem ac civitatem senatumque. 1502.
39. Bonifacii papae IX bulla revocatoria indulti de relaxatione interdicti contra Wratislavienses tempore episcopi Wenceslai.
40. Dispensatio cum capitaneo et consulibus Wratislaviensibus ratione excessuum commissorum tempore expulsionis cleri rege Johanne et episcopo Nankero. 1349.
41. Transsumptum literarum Urbani papae de familiaribus vel subditis canonicorum in civitate delinquentibus ad forum Wratislaviensem non trahendis. 1369.  
Item instrumentum super eadem re confectum. 1369.
42. Literae Wratislaviensium super quibusdam articulis inter capitulum episcopumque ac civitatem obervandis ratione iurisdictionis saltem ad triennium. 1432.
43. Literae senatus Wratislaviensis, quibus improbat irruptionem et insolentiam satellitum ac lictorum suorum in Insulam in perseguendis quibusdam maleficis factam. 1531.  
(Cautionem senatus Wratislaviensis de facultate capitulo concedenda emendi bonum valoris 1000 floren. Ungar. sub capitaneatu cum plena iuris-

<sup>11</sup> Początkowo Berghius napisał datę 1520, następnie przekreślił 0 i napisał nad nim 1.

dictione in locum Protzsch, Lilienthal et Weiida dividendorum deque impetrando desuper regio consensu vide CC. 31).

44. Preceslai episcopi et capituli procuratorium certis personis datum, ut coram Carolo rege agant contra Wratislavienses. 1369.

X. CAPELLAE SIVE SACELLIA. ITEM ALTARIA EXTRA WRATISLAVIAM. ITEM VILLAE, REDITUS AC CONSENSUS ALIO QUAM AD ECCLESIAM S. JOHANNIS VEL CAPITULUM SPECTANTES

1. Erectio et dotatio capellae ss. Matthaei, Laurentii et Martini in ecclesia parochiali Nissensi super advocatia ibidem. 1298.
2. Fundatio 7 marcarum pro processione et missa Corporis Christi Nissae peragendis. 1463.  
(Censum 7 marcarum pro ecclesia s. Jacobi Nissae vide BB. 51).
3. Literae census reemptitii 20 marcarum super civitatibus Olsna et Prausnitz pro Paulo Thiel cive Wratislaviensi. 1415.  
(Infra 7).
4. Inhibitio officialis Gnesnensis in causa super duo maldrata debita dari a sculteto in Hugelssdorff. 1408.
5. Sententia pro Günthero de Prato praeposito Lignicensi super duo maldrata, quae scultetis in Hugelssdorff solvere tenetur. 1411.
6. Executio sententiae super duo maldrata solvenda a sculteto in Hugelssdorff. 1411.  
(Vide infra 14).
7. Literae Conradi ducis Olsnensis super censu decem marcarum in et super Wartenberg, Cant et Bernstat pro Paulo Thiel cive Wratislaviensi. 1416.  
(Supra 3).
8. Dux Conradus assignat quandam hereditatem in Pirschin ecclesiae ibidem pro uno lumine perpetuo fovendo. 1259.
9. Fundatio 17 marcarum in capellam s. Crucis in parochia Soraviae. 1514.
10. Johannis V episcopi confirmatio fundationis 17 marcarum super capella seu altari s. Crucis in caemiterio parochialis ecclesiae in Sorau. 1514.
11. Instrumentum recognitionis unius marcae gravis pertinentis ad altare in Taur super duabus domibus in der Odeergasse. 1361.
12. Literae super censu 10 marcarum ex tenuta episcopi Lignicensi pro altaria in Thuur. 1474.
13. Literae praesentationis ad altare sub titulo Omnipotentis Dei et Beatae Mariae Virginis in ecclesia hospitalis penes oppidum Prausnitz. 1538.
14. Summi Pontificis sententia retractatoria sententiae officialis Gnesnensis super duo maldrata in Hugelssdorff super 2 1/2 mansis sculteti ibidem. 1410.
15. Provisorum hospitalis s. Bernhardini recognitio de acceptis 100 marcis a domino Matthaeo Lampricht, hac conditione, ut omnes census dum vivat, maneat domino praedicto, post mortem autem cedat pauperibus in hospitali. 1549.
16. Concordia facta inter rectorem ecclesiae parochialis in Prausnitz et rectorem hospitalis ibidem de quibusdam paroco ab hospitalis praefecto annuatim solvendis, facta coram Conrado praeposito s. Aegidii, causarum curiae episcopalis auditore. 1350.  
(De censu unius marcae debita Cruciferis in Nissa super allodio in Niderlangendorff vide AA. 44 et 52).

17. Henrici ducis Silesiae literae super donationem villae Lasusici fratribus de domo Teutonicorum s. Mariae transmarinis factam. 1222.  
(Censum annum 11 marcarum ad ecclesias civitatis Lignicensis pertinentem — vide N. 17).
18. Literae senatus Wratislaviensis pro censu 5 marcarum ex praetorio annuatim solvendo ad hospitale s. Trinitatis ex fundatione domini Matthaei Lampricht. 1550.
19. Censu 10 marcarum super villa Steinaviensis districtus Olschin pro vicario ecclesiae Glogoviensis. 1389.
20. Literae census 6 vel 8 florenorum Rhenensium pro capitulo Fribergensi ad Beatam Virginem. 1483.
21. Mgr s. Matthiae promittit se suis pauperibus singulis annis distributurum 5 marcas ex fundatione domini Matthaei Lampricht, cui et celebrandum sit perpetuum in illa ecclesia (s. Matthaei) anniversarium. 1547.
22. Censu 3 talerorum pro plebano ecclesiae in Stephansdorff Noviforensis districtus. 1486.
23. Hospitalis ad s. Spiritum recognitio de acceptis 100 marcis a domino Matthaeo Lampricht, ut ipso defuncto census inde proveniens in usum pauperum hospitalis convertatur. 1549.
24. Literae super altare Sanctissimi Corporis Christi et Beatae Virginis et ss. Petri et Pauli et omnium Sanctorum. 1445.
25. Erectio altaris in parochiali ecclesia in Grotkau cum dote aureorum 20. 1487.
26. Sententia definitiva inter commendatorem Bregensem et altaristam Beatae Virginis in ecclesia parochiali Mönsterbergensi. 1426.
27. Capituli Bregensis literae super anniversario, Johanni IV-to episcopo perpetuo illic celebrando. 1498.
28. Instrumentum publicum super 1 marcam gravem census ex taberna in Weiida prope Lilienthal pro parcho ad s. Mauritium. 1482.
29. Wenceslai episcopi literae super altare Beatae Virginis et s. Andreae in ecclesia parochiali Nissensi (in capella advocati), cuius collatio spectat ad tenentarios villarum Nowag et Schmoltz. 1409.
30. Preceslai episcopi literae super censum 1 marcae super molendinum prope caemiterium s. Jacobi Nissae pro quodam altari ibidem. 1355.  
Item monachorum et conventus Henrichoviensis literae super eodem censu.
31. Johannis IV-ti literae super medio manso pro monasterio fratrum s. Francisci Nissae. 1500.
32. Rudolphi episcopi literae, in quibus allodium Goratzschowitz Christi pauperibus Nissae in hospitali ad s. Petrum deputatur. 1474<sup>12</sup>.
33. Nuntii apostolici provisio super capellam extra muros oppidi Praussnitz. 1463.  
Item dominus Kurtzbach restituit molendinum ad altare dictae capellae spectans. 1508.  
Item investitura super dictum altare pro Petro Brochendorff. 1538.
34. Instrumentum publicum recognitionis multorum, qui vel mansos vel domos vel hortos vel molendinum vel sutorias ad capellam hospitalis in Praussnitz spectantes tenent. 1312.

---

<sup>12</sup> Berghius użył tu brzmienia imienia biskupa — Rodolfus — zamiast Rudol-  
fus.

35. Preceslai episcopi literae super novam fundationem hospitalis in Prausnitz. 1347.
36. Rudolphi episcopi literae et contractus X. marcarum solvendarum altaristae in Thaurau super tenuta Lignicensi. 1472.  
Item aliae literae super idem altare in Thora ratione 19 marcarum census. 1431.
37. Instrumentum publicum super 40 marc. annui census ex villa Wolfsdorff Goltbergensis districtus pro cantore Lignicensis ecclesiae. 1418.
38. Balthazaris episcopi literae, quod senatus Nissensis tenetur 5 florenos Ungaricos in auro in termino d. Martini pro novo hospitali Nissae. 1547.
39. Literae senatus Namslaviensis super 1 marc. annui census pro pauperibus in Namslau. 1444.
40. Instrumentum publicum super 10 marc. annui census ex villa Schönau in Glogoviensi pro praeposito in Gnisna. 1362.
41. Literarum episcopi Wenceslai copia super censu annuo 3 marcarum ad altare quoddam Nissae in villa Oldenwalda, Ottmuchoviensis districtus. 1424.
42. Wenceslai episcopi literae super censu 11 marcarum in Buchau, quarum 5 sunt assignatae pro altari in curia episcopali Lignicensi, et 6 reliquae pro dote vicariae in Ottmuchau. 1388.
43. Literae census perpetui 1/2 marcae super taberna in Powitzschko pro parrocho ibidem. 1410.
44. Altaristae s. Michaelis literae super 1 marca census ex scultetia in Chriisänowitz pro altaristis s. Mariae Magdalенаe Wratislaviae. 1457.
45. Wenceslai episcopi literae et incorporatio census 9 marcarum pro altari in ecclesia oppidi Nimptzsch. 1399.
46. Jacobi episcopi literae super censu 5 aureorum in villa Liechtenberg pro altaristis s. Mariae Magdalенаe Wratislaviae. 1522.  
(Censum XI marcarum pro decima mansionaria in capella Hierusalem prope Schwiednitz super villa Leutmannsdorff, civitatis Svidnicensis — vide P. 32).
47. Censu 24 marcarum super oppido Reichenbach pro dominis Theoderico cantore et Henrico custode Lubucensibus vel eorum heredibus. 1343.
48. Valentini abbatis s. Vincentii literae super 1/2 marca census ad altare in Thaur super quodam horto in Elbing. 1518.
49. Senatus Wratislaviensis literae super censu 5 marcarum super quadam domo in civitate pro hospitali s. Spiritus ex fundatione Matthaei Lampricht. 1549.
50. Literae super 3 marcas census reemptitii pro decanatu Lubucensi. 1380.  
(Censum 6 marcarum ex oppido Cant pro plebano s. Elisabethae vide Q. 29. Censum 1 marcae pro conventu monialium s. Clarae vide TT. 13).
51. Censu 16 marcarum ex civitate Haiin, datus cuidam praeposito ad tempora vitae, qui census postea cessit hospitali civitatis. 1364.
52. Literae Balthazaris episcopi super censu 36 Ungaricorum pro Matthaeo Lampricht vivente et mortuo ipso pro hospitali incurabilium Nissae erigendo. 1551.
53. Senatus Wratislaviensis literae super 5 marcis annuis ex praetorio solvendis, quarum 4 impendantur pro necessitate captivorum et 5-ta detur sacerdoti consolanti damnatos ad mortem. (Etiam fundatio domini Matthaei Lampricht). 1550.

54. Reversales cuiusdam Thommendorff ratione census cuiusdam spectantis ad altariam s. Nicolai. 1573.
55. Conradi ducis Silesiae literae super censu 1 marcae pro hospitali in Prausnitz. 1412.  
(Censum 3 marcarum in Neudorff, Nissensis districtus, pro monasterio s. Clarae Wratislaviae vide N. 44, sive Cantensis districtus, de quo vide KK. 64).
56. Literae super censu 20 florenorum Ungaricorum solvendorum ex monasterio in Trebnitz pro mansionariis Beatae Virginis. 1532.  
(Vide Y. 8, 9).
57. Literae monialium s. Catharinae super censu 5 marcarum pro Matthaeo Lampricht vivente, quo mortuo cessit eorum conventui cum conditione tenendi perpetuum anniversarium pro anima defuncti. 1549.
58. Conradi ducis Olsnensis literae super censu 5 marcarum super advocatia oppidi Cant pro vicariis Wratislaviensibus. 1395.  
(Censum frumentarium super 5 mansos et 3 iugera in villa Petzkindorff, Lobinensis districtus, pro plebano in Herttwigswalde vide N. 48. Censum 1 marcae pro paroco in magna Saul vide P. 74. Censum 26 florenorum pro monasterio Canonicorum Regularium in Glotz vide Q. 36. Censum 3 marcarum pro altaris s. Mariae Magdalenae Wratislaviae super redditibus oppidi Jauer vide P. 76).
59. Literae super allodium Kemnitz sive Rauschitz in Glogoviensi. 1435.
60. Preceslai episcopi sententia inter plebanum ecclesia in Schweinern et patronum eiusdem villae et ecclesiae. 1363.  
(Censum 2 marcarum pro altari ss. Petri et Pauli, Lazari, Mariae Magdalenae et Marthae in ecclesia parochiali Svidnicensi vide TT. 39).
61. Svidnicenses praesentant Jacobo episcopo sacerdotem ad mansionariam quandam vacantem Svidnicii. 1529.
- 62, 63, 64. Ternae literae civitatis Otmuchoviensis.  
1. Super censum ex 1000 taleris pro paroco,  
2. Super censum ex 1000 taleris pro conservatione turris ibidem,  
3. Super censum ex 2000 taleris pro fundatione capellae episcopi Johannis VI.
65. Fundatio praepositurae Reichenbachensis<sup>13</sup>.
66. Fundatio capellae domini Balthazaris Neandri olim archidiaconi Wratislaviensis super censu 15 talerorum in bono rusticali Criptau sub abbatisa s. Clarae. 1620.

Y. QUERELAE, APPELLATIONES. ITEM PROTESTATIONES SOLEMNES PER CAPITULUM FACTAE. ITEM SENTENTIAE PRO CAPITULO, PER PRIVATOS ACCUSATO, LATAE. ITEM ACTA DIVERSA IURIDICA

1. Appellatio solemnis episcopi, capituli et totius cleri a procuratore legati excessive petita. 1373.
2. Appellatio capituli tempore cessionis episcopatus per Conradum episcopum factae, qui cessionem irritam reddi voluerat per rescriptum Summi Pontificis. 1445.
3. Instrumentum publicum de violentia facta in Grotkau a Bolkone duce Svidnicensi. 1360.

<sup>13</sup> Dopisane później drobniejszym pismem.



4. Articuli in caussa spolii facti per ducem Bolkonem et suos complices tempore episcopi Wenceslai.  
Item plenipotencia Wenceslao episcopo a capitulo data ad componendum cum duce Bolkone. 1403.  
(Vide T. 11 etc.).
5. Sententia pro capitulo contra Henricum Stosch in caussa 130 marcarum argenti lata a Petro episcopo. 1450.
6. Literae complusoriales in negotio veteris debiti 6000 marcarum, in quodux Lignicensis obligatur ecclesiae Wratislaviensi ex testamento olim episcopi Wenceslai. 1516.
7. Sententia arbitratorum per compromissum electorum inter Nankerum et totum clerum ex una, et Conradum ducem Olsnensem ex altera parte, satis bona pro episcopo et suis. 1340.  
(Vide NN. 8).
8. Fasciculus actorum inter praecentorem et mansionarios Wratislavienses ex una, et abbatissa Trebnicensi ex altera parte super 20 aureis annui census, in membrana.
9. Liber in folio continens acta inter mansionarios cathedralis ecclesiae et monasterium Trebnicense. 1511 et circiter.  
(Literas executoriales in hac caussa vide X. 56).
10. Sententia in caussa capituli et cuiusdam advocati in Goldberg ratione centum marcarum ad instaurationem capellae in villa Hoëndorff in quodam testamento assignatarum. 1418.
11. Sententia Rotae pro domino Georgio Freiberg ratione parochiae in Oltschin ipsi adiudicatae. 1463.
12. Procuratorium a capitulo certis personis datum ad excusandum capitulum apud ducem Bolkonem Svidnicensem de perceptis fructibus in sua ditione ex praebendis vacantibus et ad iurandum istos redditus non in utilitatem capituli aut privatorum, sed pro fabrica ecclesiae esse insumptos. 1360.
13. Instrumentum super violentia militum Bolkonis in quemdam civem Grotkoviensem exercita. 1360.
14. Instrumentum compromissi a duce Bolkone facti in Wenceslaum episcopum ratione controversiae inter se et capitulum. 1403.

Z. SENTENTIAE CONTRA CLERUM LATAE. ITEM CANONICI ACCUSATI: EORUMQUE ACTIONES ET CAUSARUM PROSECUTIONES. ITEM VE-  
XATIONES CAPITULI

1. Sententia manifestae offensae contra quemdam N. Strol super quadam hereditate et censu: pro domino Paulo canonico lata pro tribunali ab officiali Wratislaviensi. 1421.
2. Literae Maximiliani I imperatoris defensivae famae et honoris Johannis IV-ti episcopi Wratislaviensis contra quemdam Oswaldum Straubinger canonicum Wratislaviensem, qui episcopum et capitulum diffamaverat. 1493.
3. Instrumentum appellationis capituli pro decano Wratislaviensi contra quemdam canonicum. 1357.
4. Procuratorium Preceslai episcopi ad appellandum pro decano Wratislaviensi contra quemdam canonicum eiusdem ecclesiae. 1357.
5. Binae literae Matthiae regis Ungariae etc. contra clerum latae pro Svidnicensibus, adiuncta etiam gravi poena, quod nempe quidam ecclesiastici

- ad suum forum quaedam negotia traxissent et ita regiam iurisdictionem turbassent. 1490.
6. Iudicium capituli sententia definitiva super iurisdictione in villam Stubna, quam gratiae loco concesserat duobus canonicis episcopus. 1421.
  7. Capitularis sententia inter Wenceslaum Hartwinckel canonicum Ratiboriensem et altaristam Wratislaviensem ac Andream Scoda canonicum Wratislaviensem. 1468.
  8. Eugenii papae IV bulla concessa Alberto Romanorum regi, ut census reemptitii, praesertim clero Wratislaviensi debiti, non persolvantur ad triennium ob devastationem locorum. 1438.
  9. Instrumentum taxationis expensarum a Nicolao de Schellendorff factarum in causa optionis cuiusdam praebendae contra quemdam alium canonicum in expensas condemnatum. 1358.  
(Sententiam pro praedicto Nicolao latam vide XX. 11).
  10. Instrumentum, in quo continentur certae positiones, ratione litis vertentis inter modo dictos duos canonicos propter optionem praebendae. 1358.
  11. Confirmatio sententiae nuntii apostolici per bullam Sixti papae IV latae contra Petrum Hoppener praepositum Wratislaviensem, tamquam fauorem haereticorum, cui praepositura et omnibus beneficiis privato imponitur perpetuum silentium. 1478.
  12. Copia literarum Ferdinandi imperatoris petentis a capitulo sibi mutuo dar 15000 talerorum et si pecunia in promptu non sit, oppignerari bona capitularia, ac regesta reddituum commissariis suis exhiberi. 1558.
  13. Apostoli refutatorii dati cuidam canonico ab episcopo Preceslao. 1368.
  14. Apostoli reverentiales dati capitulo a scholastico Pragensi iudice delegato in quadam causa vertente inter capitulum et quemdam nobilem. 1389.

#### AA. VILLAE ET ALLODIA EPISCOPATUS VEL SUB EPISCOPATU

1. Henrici ducis Silesiae literae super Schidlacowitz. 1327.  
Item literae census reemptitii 13 marcarum pro monasterio s. Vincentii ex Schidlacowitz. 1383.  
(De Neudorff in Cantensi vide K. 1 et LL. 1, 2, 3 et infra 59 et 55. Ius ducale super Polnisch Schweidnitz vide L. 1).
2. Literae reversales Johannis Tunchel ratione villarum Preiland et Köppernick. 1448.  
Item literae Georgii Tunchel, Polonicae, super iisdem villis.  
Item copia concessionis factae Johanni Tunchel super dictis villis a Petro episcopo Wratislaviensi. 1448.  
Item literae senatus Nissensis testificantes de damnis datis per Johannem Tunchel in dictis villis. 1460.
3. Literae reversales super Kottwitz. 1441.
4. Caroli IV privilegium permutationis duorum mansorum in minori Krülka pro duobus mansis in Wilow. 1365.
5. Conradus episcopus oppignorat villas Bochau, Polnisch Schweidnitz et Tschirnitz. 1427.
6. Jacobus episcopus confirmat relationem villae Polnisch Schweidnitz Henrico Schindel ante concessae per Balthasarum Promnitz factam et eundem immittit in eius possessionem. 1538.
7. Boleslai ducis Silesiae et Poloniae confirmatio permutationis villae Ratovici pro Klensici prope Wansow. 1245.

8. *Jacobus officialis et canonicus fatetur villam Ogoni in Nissensi ad tempora vitae sibi concessam. 1272.*  
Item Jacobi officialis et canonici Wratislaviensis reversales, in quibus promittit episcopo Thomae, se facturum, ut se mortuo praeter villam Kamick sibi concessam, aliae duae villae Oswic et Ogoni ad episcopatum accedant. 1291.  
(De villa Costental vide initam concordiam D. 10. Concordiam ratione finium inter Mileschitz et Rattwitz itemque Jeltzsch vide D. 22).
9. *Preceslai episcopi literae super bonum Poswetne prope Weidam, quod concessit cuidam canonico Conrado, cui simul facultatem dat elocandi ea bona iure Teutonico et quocumque moto meliorandi. 1361.*
10. *Leskonis ducis Ratiboriensis et Coslensis super villam Constadini in Coslensi sitam (forte Costental) privilegium pro ecclesia Wratislaviensi, in quo de dicta villa penitus nihil sibi reservat praeter arationem sive robotas. 1335.*
11. *Concessio villae Constanten in Coslaviensi pro 500 marcis contractu re-emptitio. 1433.*
12. *Allodium et villa Bischkowitz prope Weidam conceditur domino Georgio Nowag ad 12 annos, pro annuo censu 30 marcarum. 1471.*
13. *Idem allodium et villa conceditur Christophero Egra pro 200 florenis Hungaricis. 1480.*
14. *Literae Nicolai Kotelinsskii super permutatione facta quorundam bonorum, ubi ipse episcopo Jodoco cessit Grossbresen et Steinischdorff. 1460.*
15. *Henrici ducis Silesiae confirmatio super iudicio in Gusmansdorff. 1381.*
16. *Johannis episcopi Wratislaviensis ordinationes quaedam super scultetiam et molendinum villae Bela in Nissensi. 1296.*
17. *Capitanei Wratislaviensis literae super redemptione iuris ducalis in villa episcopali Bischofdorff in Noviforensi ab episcopo Preceslao procurata. 1349.*  
(Ius ducale in villa episcopali Turow districtus Wratislaviensis vide M. 26. De villa Kalii prope Czirckwitz vide LL. 9).
18. *Literae ducis Bolkonis, quibus cum pleno iure donat villam Pirschin et ius ducale super utroque Damascin Henrico episcopo Wratislaviensi et successoribus. 1315.*  
(De villa Olusche prope Viiast vide KK. 28, 29).
19. *Literae Boleslai ducis Silesiae, quibus donat ecclesiae villam Pirsino in recompensationem damnorum clero a se illatorum. 1315.*  
(De villis prope Viiast vide KK. 31).
20. *Henrici ducis Silesiae literae super villam Pirsino. 1239.*
21. *Literae super Rischenthal, ubi uxor illius, qui vendiderat allodium hoc episcopo, renuntiat omnibus suis praetensionibus. 1481.*
22. *Margaretae ducissae Olsnensis consensus super venditionem Rischenthal a Wilhelmo Moschen factam episcopo Rodolfo. 1481.*
23. *Conradi ducis Olsnensis confirmationis literae super emptionem Rischenthal, ubi concedit isti allodio eam immunitatem, quam habent cetera episcopatus bona. 1481.*
24. *Proclamationis solenniter factae super allodio Rischenthal, attestatio iudicum Olsnensium. 1482.*
25. *Senatus Beutensis recognitio propter granities in Bischkopitz. 1490.*

26. Boleslai ducis Poloniae literae super villas Zdunkii et Zdaccouo, quas donat ecclesiae Wratislaviensi, libertate concessa. 1267.
27. Meseco dux Opoliensis donat episcopo Thomae villam Pomnisouici et prata ibidem. 1245.
28. Wladislai ducis Opoliensis literae super villa Pomnisovice, addita etiam parte sylvae. 1257.
29. Wladislai ducis Opoliensis literae super villam Pomnisovice et Biscupici earumque locationem. 1260.
30. Literae renuntiationis scultetiae villae Sanditz prope Czirckwitz. 1326.
31. Literae Boleslai ducis Silesiae et Poloniae, quibus fatetur se episcopo Thomae vendidisse villam Seligow prope Czirckwitz pro 90 marcis. 1243.
32. Nankeri episcopi literae super duobus mansis in villa Czechau prope Czirckwitz venditis cuidam Petro suo famulo. 1334.
33. Nankeri episcopi literae super villa Swiinarzowo prope Czircowitz. 1336.
34. Fratrum de domo Teutonica in Prussia literae super Scoroschau et aliis ultra Namslau, concessis episcopatu Wratislaviensi. 1249.
35. Preceslai episcopi literae super executione sententiae in Pirwischau. 1361.
36. Expositio sive locatio bonorum villae Pirwischau. 1367.  
Item copia literarum Preceslai episcopi super dictam locationem teutonicalem villae Pirwischau. 1367.
37. Literae ducis Boleslai super parte Bogelau et villa Grodzanau. 1249.
38. Literae ducis Conradi super locatione Bogelau. 1259.
39. Ducis Henrici privilegium super sylva Lang iuxta Bogelau prope Oderam. 1262.
40. Ducis Conradi literae super Bogelau, quam dicit habere 24 parvos mansos optimi agri. 1262.
41. Johannis IV episcopi literae venditionis iuris extruendi molendinum in Pogelau et redimendi molendinum exstructum florenis 300. 1517.
42. Literae, ex quibus apparet, episcopum Jacobum reluisse census quosdam in villa Koppendorff in Grotcoviensi, qui erant oppignerati priori in Glatz. 1536.
43. Episcopi Martini et Georgii Logi tractatus super villa Waltdorff et quibusdam aliis Logo oppigneratis episcopo solvente 10000 talerorum. 1582.
44. Venditio unius marcae census reemptitii super domo Nicolai Votsche in Czigenhalss, et super allodio eiusdem in Niderlangendorff et aliis bonis ibidem facta Cruciferis in Nissa. 1475.
45. Venditio hereditaria certae partis iuris, quod Johanni Girlach advocato in Czigenhalss competiit super quodam rustico in Langendorff facta cuidam Laurentio Vetter. 1486.
46. Venditio hereditaria certi iuris, quod Ludovico de Niclasdorff competiit super quodam rustico in Langendorff facta cuidam Laurentio Vetter. 1488.
47. Venditio iuris ac supremi et infimi iudicii: census hereditarii, certorum rusticorum et hortulanorum in Langendorff per Laurentium Vetter et eius uxorem Christophoro Öttwein et eius uxori eorumque heredibus. 1491.
48. Venditio hereditaria unius rustici in Langendorff cum duobus mediis mansis agrorum Christophoro Öttwein eiusque uxori et heredibus. 1492.
49. Venditio sub titulo reemptionis trium rusticorum facta per Johannem Voitt et Margaretam eius uxorem Christophoro Öttwein eiusque uxori ac heredibus. 1492.

50. Venditio hereditaria unius rustici in Oberlangendorff facta per Johannem Voiit et eoius uxorem Christophoro Öttwein eiusque uxori et heredibus eorundem. 1493.
51. Venditio duorum rusticorum in Langendorff per Ludovicum Potschel et eius uxorem facta Christophoro Öttwein eiusque uxori et heredibus eorundem. 1494.
52. Venditio sub titulo reemptionis unius marcae census super villa Langendorff et allodio Nicolai Gotschen per Cruciferos in Nissa Christophoro Öttwein et eiusdem heredibus. 1496.
53. Venditio certorum bonorum et iurium ac certi ususfructus in Langendorff per Ludovicum Potschel et eius uxorem Christophoro Öttwein et suis heredibus. 1500.
54. Venditio duorum rusticorum in Langendorff facta per Johannem Voiit Christophoro Öttwein. 1500.
55. Literarum Nicolai ducis Silesiae ac domini in Münsterberg 1355. Transsumptum super villam Neudorff in Cantensi per episcopum Jacobum. 1529.
56. Literae super granitiis Jeltsch, Mileschitz et Rattwitz. 1405.
57. Copia literarum emptionis allodii Waltdorff factae ab episcopo Balthasare. 1541.
58. Tractatus quietantiae a Bauoriis datae et alia documenta et acta villae Saupssdorff et Ober-Hermsdorff.
59. Documenta super villam Neudorff in Cantensi, quam emit episcopus Balthasar non de suo, sed de aucta summa tenutae in Scorischau. 1548.
60. Acta permutationis duarum villarum Bischkowitz et Pramsen pro Domskirch inter episcopum Balthasarum et ducem Georgium factae. 1561.
61. Episcopi Rudolphi literae cassatae super villa Bilitz, quam redemit optimus episcopus Martinus a capitulo Nissensi aureis 470. 1581.
62. Documenta super villas Preiche, Coppendorff, Nowag, Schmolitz, Petersheide, Capssdorff et Murau, quas redemit Casparus episcopus acceptis mutuo 7000 talerorum, 4000 scilicet a vicariis, quibus obligavit censum villae Bochau, et 3000 ab hospitali scholae Nissensis, cui obligavit quosdam redditus Nissenses.
63. Conradi ducis Silesiae literae super villam Buscouo prope Preichau qualiter illam concesserit episcopatu acceptis aliis bonis. 1253.
64. Preceslai episcopi literae super scultetiam in Waltdorff. 1372. Vidimatae per episcopum Wenceslaum. 1381.
65. Wenceslaus episcopus vendit 39 mansos in Waltdorff pro 700 marcis cum pacto reemendi. 1414.
66. Preceslaus episcopus redimit ius ducale villae Buchau in Cantensi pro 208 marcis a Stibicone de Czetzau. 1349.  
Item cessio iuris, quod habuit quidam nobilis in villa Stubna. (De iurisdictione super villam Stubna vide Z. 6).
67. Conradi Albi ducis Silesiae. Olsnae et Wolaviae literae, quibus cedit episcopo Rudolfo omnes praetensiones, quas vel sui praedecessores vel ipse habere possit in villa Stubna. 1481.
68. Transsumptum literarum Thomae episcopi super villa Czelaste prope Bernstat ad locandum eam iure Teutonico. (1268)<sup>14</sup>.

<sup>14</sup> Data 1268 napisana jest w nawiasie, a po niej jest podana data 1265 innym pismem.

69. Caroli IV sententia ultima super villas Lindewise, Brokotendorff, Greisau contra ducem Bolkonem pro episcopo Preceslao. 1358.
70. Conradi ducis Silesiae litera super villam Stobno, quam plane tradit Thomae episcopo, reservato sibi tantum 3-tio nummo ex iudiciis sanguinum. 1255.
71. Copia contractus initi a reverendissimo episcopo Martino cum subditis villae Dahm in Lignicensi. 1577.
72. Wladislai ducis Poloniae concessio, ut Murinau possit locari iure Teutonico in gratiam ecclesiae Wratislaviensis. 1231.
73. Conradi ducis Mazouiae literae super Chanouo cum pleno iure concesso ecclesiae Wratislaviensi nulla plane re sibi reservata. 1233.
74. Literae ducis Henrici super villam Bandevici, quam vendidit episcopo Thomae pro 40 marcis. 1251.
75. Literae ducis Henrici, in quibus fatetur se vendidisse libere cum omni iure villam Preciwonowo suo capellano canonico s. Johannis pro 50 marcis. 1254.
76. Venditio villae Semyanouo in Noviforensi. 1257.
77. Conradi ducis Silesiae literae super villam Borasice, quam concedit libere Thomae episcopo pro 50 marcis, quas episcopus duci mutuo dederat. 1264.
78. Conradi ducis Silesiae litterae, quibus confirmat donationem villae Suisdinouo episcopo Wratislaviensi factam. 1265.
79. Johannis Taiie militis ultima voluntas et donatio villae Lambnowitz episcopo Wratislaviensi. 1273.
80. Fasciculus scriptorum pertinentium ad bona Zdunii sive Sdunskii.  
(De 6 mansis Buchwalt prope Bochwiin vide F. 41.  
De bono Adelsdorff prope Freiwalde vide LL. 27).  
Literas super tabernam in Waldtdorff Nissensis districtus vide N. 45.  
De allodio Partzschau sive albo, ut nunc dicitur ante s. Mauritium e regione molendini dicti Knoffmühle vide EE. 17 et LL. 26. Reliqua huc pertinentia sunt reposita in ladulam VV alias vacuam: cum hic locum non haberent. Villae Prockenstein, Oberpomssdorff, Golemdorff, Galnau, Hertwigswalde, Libenau, Herbigsdorff, Niderpomssdorff et Kattersdorff quomodo ad episcopatum pervenerint vide DD. 48).

#### BB. VILLAE CAPITULARES ET PRAEDIA

- De Czauchlitz vide L. 2, 3, 4, 5, 6, 7. De scultetia ibidem vide LL. 5).
1. Literae super scultetia in Peterwitz. 1424.
  2. Renuntiatio scultetiae in Peterwitz. 1525.
  3. Venditio scultetiae in Peterwitz. 1436.
  4. Literae super tabernam in Peterwitz. 1521.
  5. Sententia regia Ferdinandi imperatoris ratione limitum inter Peterwitz et Kreichau. 1529.
  6. Literae capituli, quibus vendit allodium Wiissoka sive Kuntzschitz Johanni de Nosiin. 1332.
  7. Litera Johannis regis Bohemiae super allodium Wiissoka sive Kuntzschitz. 1337.
  8. Litera donationis allodii Wiissoka sive Kuntzschitz. 1347.
  9. Literae sive instrumentum cessionis allodii Wiissoka sive Kuntzschitz. 1351.
  10. Literae venditionis allodii Wiissoka sive Kuntzschitz. 1360.

11. Literae expositionis et locationis in servitutes rusticales allodii Wiissoka sive Kuntzschitz. 1375.
12. Literae renuntiationis Martini de Nosin in bonis villae Wiissoka sive Kuntzschitz. 1375.  
Item literae de venditione cuiusdam boni in Kuntzschitz, cuius possessor aufugerat. 1516.
13. Literae super censum annuum et maldrata triplicis grani in Kuntzschitz. 1407.
14. Privilegium ducis Henrici super Kosel et piscatura ibidem. 1321.
15. Allodium in Kosel per Nicolaum de Banth relinquitur capitulo cum onere alendi sex clericos chorales. 1321.
16. Allodium in Kosel in feudum datur et venditur, reservata tamen in id iurisdictione suprema. 1355.
17. Villae Kosel proscriptio. 1468.
18. Reversales Johannis Behem super Kosel. 1494.
19. Reversales Wenceslai Grützsreiber super Kosel. 1539.
20. Literae ratione limitum inter Kosel et Pāpelwitz. 1531.  
(Vide etiam D. 38).
21. Privilegium ducis Henrici super Kosel. 1292.
22. Preceslaus episcopus confirmat venditionem allodii Cammelwitz reservato sibi trium marcarum annuo censu in recognitionem dominii. 1354.
23. Concordia super bonum in Cammelwitz, unde apparet esse feudum capituli Wratislaviensis.
24. Privilegium episcopi Preceslai super villam Cammelwitz pro capitulo. 1361.  
Item literae renuntiationis scultetiae in Cammelwitz per Nicolaum Unruh pro capitulo. 1514.
25. De limitibus villae Polānowitz et Protzsch instrumentum. 1563.
26. Hedwigs abbatissa Trebnicensis confirmat donationem 8 mansorum in Gandau. 1347.
27. Hedwigs abbatissa Trebnicensis confirmat venditionem allodii 8 mansorum in Gandau. 1347.
28. Johannes rex Bohemiae concedit ius regale super Gandau. 1345.
29. Katarina abbatissa Trebnicensis confirmat cessionem allodii 8 mansorum in Gandau. 1364.
30. Literae super scultetia in Gandau, quod quatuor marcas annuatim capitulo solvere teneatur 1448, ubi reservat sibi capitulum ius sanguinis.
31. Literae capituli super scultetiam in Gandau pro M. Johanne Westphali rectore scholae s. Johannis cum reservatione iurisdictionis. 1377.  
Item aliae literae capituli super scultetiam in Gandau. 1460.
32. Preceslaus episcopus confirmat quamdam emptionem in Gandau. 1364.
33. Katharina abbatissa Trebnicensis confirmat emptionem villae seu allodii Gandau. 1370.
34. Preceslaus episcopus confirmat emptionem 4 mansorum et 10 iugerum in Gandau Johanni Brunonis canonico et decano. 1371.
35. Katharina abbatissa Trebnicensis confirmat emptionem 8 mansorum in Gandau una cum pleno iure et dominio. 1371.
36. Vidimus sive transsumptum concordiae inter heredes scultetiae in Polānowitz. 1487.  
Item cautio fideiussoria sculteto in Polānowitz praestita per Wratislavienses. 1517.

37. Privilegium Henrici ducis Silesiae super villam Polänowitz. 1251.
38. Preceslaus episcopus donat capitulo villam Striganowitz sive Paschkowitz ad quotidianas refectiones. 1352.  
Item Karoli imperatoris privilegium mutilum de reducendis bonis ecclesiasticis ex manibus laicorum.
39. Karoli Romanorum et Bohemiae regis privilegium super villam Striganowitz sive Paschkowitz. 1352.
40. Wenceslaus episcopus donat villam Boguslawitz canonicis tunc residentibus et nominatis in literis ad tempora vitae. 1382.
41. Wenceslaus episcopus donat capitulo Boguslawitz. 1391.
42. Regalis officii Wratislaviensium literae super prato quodam pertinente ad Bogusslawitz prope Unkristen. 1445.
43. Wenceslai episcopi literae super emptionem villae et allodii in Eckerssdorff per capitulum Wratislaviense a duce Henrico episcopi fratre. 1384.
44. Mandatum capituli ad capiendum possessionem villae Eckerssdorff iuxta contractum cum Henrico duce initum. 1384.
45. Wenceslaus episcopus confirmat translationem allodii in Eckerssdorff de iure Polonicali ad Theutonicum. 1395.  
Libertatem conducendi fenum ex Opperau per Gräbischin vide D. 6.
46. Literae civitatis Wratislaviensis recognoscentes integram solutionem scultetiae in Radelwitz. 1490.
47. Wenceslai episcopi literae, quibus cedit capitulo villas Wilkow et Jenkow pro 510 ducatis. 1393.
48. Boleslai ducis Silesiae et Poloniae literae super scultetiam in Lichtenberg. 1242.
49. Henrici ducis Silesiae, Cracoviae et Sandomiriae literae super villam Lichtenberg venditam liberam ab omnibus angariis. 1289.
50. Henrici ducis Silesiae literae super ius patronatus ecclesiae in Lichtenberg. 1290.
51. Census 7 marcarum solvendarum per possessorem villae Lichtenberg pro ecclesia parochiali s. Jacobi Nissae. 1463.
52. Jodoci episcopi literae super villam Lichtenberg. 1464.
53. Wenceslai episcopi literae super venditionem villae Lichtenberg. 1394.
54. Census 1/2 marcae super bonis ecclesiae in Henrichsdorff pro capitulo et oleo ad lampades sepulcri. 1416.
55. Instrumentum publicum, quod dux Boleslaus cessit omni iuri ducali in Henrichsdorff, Nevenig, Groduschwitz, Jenckowitz et Provosin. 1352.
56. Instrumentum emptionis medietatis scultetiae in Nevenig, item medietatis scultetiae in Henrici villa, item molendini in Tscharnsmühl pro capitulo. 1362.
57. Instrumentum venditionis trium mansorum cum opilionatu in Henrichsdorff pro capitulo. 1362.
58. Instrumentum renunciationis trium mansorum in Henrichsdorff pro capitulo. 1363.
59. Wenceslai et Ludovici ducum Lignicensium et Bregensium privilegium super plena libertate et iure sanguinis in villis Henrichsdorff, Nyvenig, Groduschwitz, Jenckowitz et Provosin. 1352.
60. Transsumptum sive copia literarum Wenceslai et Ludovici fratrum ducum Bregensium super libertatibus villarum Henrichsdorff, Nevenig, Groduschowitz, Jenckowitz et Provosin. 1376.



61. Vidimus sive copia eiusdem privilegii super easdem villas. 1486.
62. Vidimus sive copia privilegii super dictas villas. 1526.
63. Capituli pronuntiatio et sententia, quod scultetus in Groduschowitz de tribus et aliquibus excrescentiis solvere debeat annuatim 3 marcas et 1 lapidem cerae. 1320.
64. Capituli literae super 1 lapide cerae et uno fertone ex manso excrescentiarum scultetiae in Graduschowitz. 1335.
65. Preceslaus episcopus de consensu capituli vendit villam Protzan Apetzconi canonico, qui postea factus episcopus Lubucziensis, donavit capitulo istam villam. 1345.
66. Capitanei Francsteinensis literae super scultetiam et molendinum ad eamdem pertinens in Protzan. 1351.
67. Capitanei Francsteinensis literae super scultetiam et molendinum ad eamdem pertinens in Protzan. 1390.
68. Renssko Schoff renuntiat iuri ducali, quod habuerat super 10 mansos in Protzan pro capitulo Wratislaviensi. 1354.
69. Henrici ducis Mönsterbergensis comitis Glacensis sententia arbitraria ratione iuris supremi in villa Protzan pro capitulo. 1484.
70. Transsumptum sive copia privilegii episcopi Preceslai super villam Protzan. 1484.
71. Instrumentum donationis 6 marcarum super scultetia in Protzan pro capitulo. 1488.
72. Henrici ducis Mönsterbergensis, comitis Glacensis, literae super donationem 6 marcarum in scultetia Protzan, in quibus literis statim sub initium fatetur, capitulum dictam villam Protzan possidere cum supremo et infimo iure. 1488.
73. Transsumptum sive copia literarum donationis 6 marcarum super scultetia in Protzan: per senatum Wratislaviensem. 1509.
74. Transsumptum sive copia sententiae arbitralis ratione iuris supremi in villa Protzan per Henricum ducem Mönsterbergensem latae. 1509.
75. Acta villae Protzan scripta manu domini Martini Gerstman custodis et canonici postea decani demum episcopi Wratislaviensis. 1565.  
Item transactio inter scultetum in Protzan et quemdam Georgium de Broch ratione cuiusdam molendini. 1483.
76. Bernardi et Bolkonis ducum Silesiae literae pro exemptione et libertate duorum mansorum in Spillendorff. 1318.
77. Literae euictionis et assecurationis super tres mansos in Spillendorff a capitulo emptos. 1376.
78. Bolkonis ducis Münsterbergensis literae super Spillendorff, in quibus cedit capitulo omne ius ducale super eam villam. 1376.
79. Literae euictionis et assecurationis super Spillendorff. 1376.
80. Agnetis ducissae Svidnicensis literae consensus super bonis in Spillendorff. 1376.
81. Instrumentum super censu duarum marcarum in scultetia villae Spillendorff pro capitulo. 1417.
82. Literae obligatoriae praestandae euictionis villae Cantzerwitz. 1540.
83. Friderici ducis Lignicensis et Brigensis literae super villam Köchendorff datam pro maldrata in Cartzern cum omnibus iuribus ducalibus. 1483.
84. Instrumentum emptionis, possessionis, receptionis et homagii praestationis villae Köchendorff pro capitulo. 1483.

85. Literae cessionis et renuntiationis scultetiae in Köcherdorf factae per Petrum Schebisch et eius filios. 1510.  
Contractum ratione aquaeductuum, pasturae et piscaturae in Borzaniin, itemque ratione finium inter Cantzerwitz et Losice vide D. 19, 20, 21.  
De iurisdictione capituli in Cantzerwitz vide O. 64.
86. Johannes Ossek promittit capitulo villae Borsaniin defensionem. 1379.  
Item quietantia data capitulo ratione solutionis 10 marcarum propter tres mansos in Borzaniin. 1389.
87. Julii Landi archidiaconi Wratislaviensis literae reversales ratione 3 mansorum rusticalium a se emptorum in Hennesdorff. 1597.
88. Jan Lissack in Strelen renuntiat iuri suo, quod sibi competere praetendebat super duos mansos in Melowitz. 1510.
89. Instrumentum publicum solutionis 4 marcarum a capitulo pro tribus mansis et opilionatu in Henrichsdorff. 1364.
90. Triplices literae in membrana super scultetia in Kapssdorff.

#### CC. VILLAE ET ALLODIA CAPITULI ALIENATA

1. Johannis episcopi privilegium ad locandum villam Jeschkittel iure Teutonico. 1293.
2. Preceslaus episcopus confirmat emptionem villae Jeschkittel cuidam civi Wratislaviensi. 1354.
3. Preceslaus episcopus confirmat emptionem villae Jeschkittel. 1348.
4. Wenceslaus episcopus confirmat emptionem medietatis villae Jeschkittel capitulo factam. 1393.
5. Wenceslaus episcopus donat capitulo decimas et censum ex Jeschkittel. 1392.
6. Wenceslaus episcopus donat capitulo decimas et censum ex Jeschkittel. 1392.
7. Wenceslai episcopi literae ratione concordiae initae inter capitulum et Nicolaum Plener civem Wratislaviensem propter Jeschkittel. 1391.
8. Wenceslai episcopi sententia ratione cuiusdam mansi in Jeschkittel, qui teneatur ad solvendum decimam et 7 scotos. 1388.
9. Wratislaviensis Senatus sententia arbitraria inter capitulum et Paulum de Gandau ratione cuiusdam piscinae in Jeschkittel. 1363.  
Item Wratislaviensis Senatus seu Regii Officii literae super concordia inter capitulum et Martinum de Gandau. 1404.
10. Preceslaus episcopus confirmat emptionem allodii in Jeschkittel. 1347.
11. Confirmatio emptionis allodii in Jeschkittel nomine episcopali facta. 1347.
12. Nankerus episcopus confirmat quamdam permutationem in Jeschkittel. 1334.
13. Preceslaus episcopus confirmat emptionem allodii in Jeschkittel. 1342.
14. Confirmatio cuiusdam emptionis in Jeschkittel de autoritate episcopali. 1338.
15. Nankerus confirmat quamdam emptionem in Jeschkittel. 1337.
16. Preceslaus confirmat quamdam emptionem in Jeschkittel. 1371.
17. Confirmatio cuiusdam emptionis in Jeschkittel de autoritate episcopali. 1338.
18. Confirmatio emptionis cuiusdam in Jeschkittel de autoritate episcopali. 1347.

19. Confirmatio emptionis trium mansorum in Jeschkittel de autoritate episcopi. 1347.
20. Preceslaus episcopus confirmat emptionem census 9 marcarum super 3 1/2 mansos in Jeschkittel. 1376.
21. Wratislaviensis Regii Officii literae super concordia inita ratione limitum inter Proytzsch magnum et Proytzsch parvum. 1456.
22. Vidimus sive copia literarum capituli confirmantium donationem bonorum Weiida. 1480.  
Item sententiae duae in causa Lilienthal et Weiida una cum immissione in bona. 1501.
23. Literae transfusionis iuris bonorum Weiida in Johan, Seidlitz alias Capssdorff. 1512.
24. Venditio bonorum Proytzsch, Lilienthal et Weiida per capitulum facta Nicolao Utman pro 700 florenis Ungaricis. 1528.
25. Auffbietung der Güter Weÿda. 1501.
26. Locatio allodii in Puschkow a capitulo cum consensu episcopi facta. 1352.
27. Renuntiatio iuris, quod competere posset quibuscumque personis et omnium impetitionum in Puschkow. 1399.
28. Instrumentum ratione allodii Crutz 7 mansorum alienati et coniuncti cum villa Betlern, reservato censu annuo pro capitulo 10 marcarum in festo D. Martini: et 9 lapidibus cerae ante festum Purificationis. 1348.  
(Vide B. 1).
29. Boleslaus dux Lignicensis et Bregensis donat Apetzconi canonico villam Bistriz in Olaviensi cum omnibus iuribus etc. 1348.  
(Venditionem eiusdem villae et confirmationem desuper vide LL. 8).
30. Literae Boleslai ducis Lignicensis super donationem ecclesiae Wratislaviensis factam a quodam Marschwitz bonorum Ottag in Lignicensi, quae postea obvenerunt ecclesiae Bregensi. 1329.
31. Literae Senatus Wratislaviensis, quibus permittunt capitulo facultatem emendi aliquod bonum valoris 1000 Ungaricalium sub capitaneatu cum plena iurisdictione impetrato etiam desuper Regio consensu, respectu venditorum bonorum Protzsch, Lilienthal et Weiida. 1528.

#### DD. OPPIDA ET CASTRA EPISCOPATUS

1. Privilegium Matthiae regis Hungariae super oppido Czuckmantel et Edelstein. 1474.
2. Literae Henrici ducis Mönsterbergensis Latinae super Czuckmantel et Edelstein. 1477.
3. Literae eiusdem ducis Bohemiae super eodem. 1477.
4. Concordia super oppido Czuckmantel et castro Edelstein inter ducem Henricum et episcopum Rudolphum. 1477.  
(Vide H. 4).
5. Henrici Waldau reversales post concessam sibi denuo advocatiam (die Vögteÿ) in Weidenau districtus Otmuchoviensis. 1477.
6. Conradi ducis Olsnensis consensus e Prussia missus, ut oppidum et districtus Cant oppignoretur capitulo et ecclesiae. 1420.
7. Literae super civitate et castro Cant venditis per ducem Bolkonem ducibus de Olsna. 1379.
8. Literae ducis Bolkonis in Schweidnitz super Cant. 1368.
9. Literae Conradi episcopi et ducis Olsnensis super Cant. 1419.

10. Conradi Albi ducis Wolauiae et Wartenbergae literae super transactionem cum episcopo Jodoco ratione castris et oppidi Canthensis. 1461.
11. Episcopus Rudolfus oppignorat oppidum et castrum Cant Joachimo Smed pro 600 florenis Ungaricis, ut regi Matthiae subsidium daret. 1475. Ibidem sunt Smedii reversales.
12. Conradus episcopus accepta certa pecuniae summa cum fratrum suorum consensu oppignorat ecclesiae oppidum Cant. 1419.
13. Conradi Cantheri ducis Olsnensis, fratris Conradi episcopi, consensus super facto oppignorationis Cant pro ecclesia. 1419.
14. Sigismundi regis Romani et Bohemiae consensus super oppignorationem Canth ecclesiae factam. 1420.
15. Conradus Sapiens dux Olsnensis, Wolauiae et Wartenberg donat Rudolfo episcopo et capitulo ac ecclesiae omne ius, proprietatem et dominium super Cant, addita conditione, ut Conrado episcopo suo propatruo singulis annis post Pascha solemniter panntetur. 1474.
16. Rudolfus episcopus concedit capitulo privilegium non solvendi telonium in Cant de cerevisia Svidnicensi. 1475.
17. Johannes V Turso episcopus Wratislaviensis reducit oppidum Cant ad mensam episcopalem. 1507.
18. Bolkonis ducis literae super venditionem Cant. 1379.  
Item Wenceslai regis Bohemiae consensus super obligationem Cant ecclesiae factam. 1394.
19. Matthias rex Hungariae et Bohemiae confirmat ecclesiae dominium super civitatem et ducatum Cant. 1474.
20. Variarum minutarum literarum et actorum ratione Cant cum quodam Gotsch.
21. Henrici ducis Olsnensis privilegium pro habitatoribus in Cant et in illo districtu. 1337.
22. Nicolai ducis Mönsterbergensis literae super molendinum in Cant, quod civitatis incolae non nisi extrema necessitate cogente alibi frumenta sua, quam in molendino Cantensi molere possint. 1352.
23. Andreae episcopi transactio cum districtu Cantensi de servitio 27 equorum. Copia vidimata a Senatu Wratislaviensi. 1596.
24. Literae Bolkonis ducis super hortum quemdam in Cant prope molendinum. 1360.
25. Bernardi ducis Silesiae literae super advocatia in Cant. 1314.  
Item eiusdem ducis Bernardi literae super molendinum in Cant. 1318.
26. Consulum in Cant literae super iure advocatorum in molendino ibidem. 1340.
27. Caroli IV privilegium super advocatia in Cant. 1351.
28. Capitaneus Wratislaviensis immittit quemdam in possessionem bonorum advocati in Cant. 1351.
29. Conradi secundi ducis Silesiae literae super venditionem iuris advocatiae in Cant. 1385.
30. Literae certarum signaturarum ex registro episcopali super advocatia in Cant sub episcopo Johanne IV. 1495.  
Item Aufbietung der Vogtey zu Cant et alia.  
Compositionem ratione limitum inter Cantenses et abbatem s. Vincentii vide D. 9.
31. Literae in quibus consules et iurati oppidi Grotkau praestiterunt homa-

- gium capitulo Wratislaviensi iussu ducis Boleslai, ducis Lignicensis et Brengensis pro 600 marcis usque ad reemptionem. 1343.
32. Urbani papae V bulla confirmans contractum ducis Boleslai habitum cum capitulo ratione Grotkau. 1344.
  33. Boleslai ducis itemque eius uxoris ac duorum filiorum literae super venditionem Grotkau pro ecclesia Wratislaviensi. 1344.
  34. Nicolai Cothulinsskii reversales super fortalio constructo in Grotkau ad vitae tempora duntaxat possidendo. 1449.
  35. Transsumptum venditionis oppidi Grotkau. 1350.
  36. Census annuus 40 marcarum ex oppido Grotkau pro capitulo Wratislaviensi. 1351.
  37. Caroli IV privilegium super Grotkau: pro episcopo principe Ligio et capitulo vasallis Regni Bohemiae. 1358.
  38. Instrumentum publicum quomodo capitulum duci Bolkoni armato mandatum imperatoris praetendenti tradiderit oppidum Grotkau. 1360.
  39. Transsumptum literarum ecclesiae, episcopi et capituli, quod praestiterint homagium Carolo IV regi Bohemiae ratione oppidi Grotkau. 1383.
  40. Ludovici regis cognitio petita et obtentae confirmationis privilegiorum ecclesiae et ducatus Grotkoviensis. 1523.
  41. Mandatum seu procuratorium capituli in personas quorundam capitularium ad praestandum homagium regi Bohemiae ratione oppidi Grotkau. 1527.
  42. Literae vidimatae per Johannem ducem Oppoliensem regis Ferdinandi profitentis sibi oblatum a capitulo praestationem homagii ratione ducatus Grotkoviensis. 1527.  
(Vide C. 27).
  43. Literae ducis Conradi cum protestatione, terram Otmuchoviensem esse patrimonium B. Johannis liberum. 1268.
  44. Conradus episcopus tradit sive committit capitulo et Nissensibus ad certum tempus castrum Otmuchau cum omnibus redditibus. 1443.
  45. Preceslaus episcopus locat oppidum Otmuchau iure Teutonico. 1347.
  46. Aliud privilegium episcopi Preceslai super iure Teutonico oppidi Otmuchau et ad quae illud obligetur episcopo. 1369.
  47. Preceslai episcopi sententia definitiva super manso prope castrum Patzschkow contra ducissam Monsterbergensem. 1366.  
Item pronuntiatio vasallorum (der Manrechtsitzer) sub iuramento super dicto manso. 1365.
  48. Conradi episcopi literae, quomodo castrum novum prope Patzschkow itemque villae Prochenstein, Oberpomssdorf, Golendorff, Galnau, Herwigswalda, Libenau, Herbigsdorff, Niderpomssdorff et Kattersdorff ad episcopatum pervenerint. 1426.
  49. Nicolai ducis Silesiae privilegium optimum super Wansou et villis eo spectantibus plenissimae libertatis. 1350.  
Concordiam ratione 3-tii denarii de iudicii, macello in Wansou vide D. 12.
  50. Comitibus Broslai donatio libera et absoluta civitatis Steinau pro ecclesia s. Johannis. 1235.  
Item ducis Oppoliensis Meseconis concessio fori in Steinauia pro episcopo. 1243.  
Item Mesconis ducis Oppoliensis assertio et ratihabitio donationis per comitem Sbroslanum factae pro ecclesia s. Johannis.

51. Annae Stoschin Verzicht wegen Freÿwalda. 1488.  
Item Salomae famulae domini de Liechtenstein Verzicht wegen Freÿwalda. 1551.
52. Episcopus Balthasar donat ecclesiae castrum Freÿwalda et 3000 talerorum in censum reemptitium pro ministris ecclesiae. 1553.
53. Bolkonis ducis Silesiae in Mönsterberg literae, quibus renuntiat iuri ducali in Nissensi et Otmuchoviensi, quod sibi ante praetenderat competere. 1333.  
Privilegium ducis Henrici super terram Nissensem et Otmuchoviensem vide C. 9.
54. Johannis episcopi Cracoviensis sententia arbitraris inter episcopum Wratislaviensem et ducem Bolkonem ratione quarundam violentiarum castro Otmuchoviensi et terrae Nissensi illatarum, item de decimis per totum ducatum solvendis. 1296.  
Item vidimus sive copia compromissi in eundem arbitrum Bolkonis ducis 1295 expedita. 1299.
55. Literae Nissensium super obedientia et iuramento, quibus episcopo et capitulo Wratislavienses tenentur post executionem poenalem contra quosdam inobedientes factam. 1458.  
Item scheda episcopi Wenceslai de modo electionis consulum Nissensium post concordiam cum ipsis initam.
56. Nissensium, Grotcoviensium et Patschcoviensium mandatum pro contrahendis debitis 6000 Ungaricalium ad dissovendum debita 8000 ab episcopo Conrado contracta, ubi fatentur sese homagium praestitisse capitulo. 1444.
57. Copia privilegii districtus Nissensis incolarum, concessi ab episcopo Johanne Turzone. 1506.
58. Ad solvendum poenam 200 marcarum, irrogatam, quod episcopum Thomam furiosum vocassent, obligatio civium Nissensium sub alia poena 1000 marcarum, datis etiam multis fideiussoribus. 1280.
59. Bolko dux Múnsterbergensis propter unum equum aestimatum 8 marcis remittit vecturas et huiusmodi servitia advocatiae in Cant. 1327.
60. Privilegium ducis Premkonis pro perpetuo notariatu, quem cuidam notario concessit in Steinau una cum aliis gratiis. 1286.
61. Bolko dux Suidnicensis fatetur, castrum sive aedem Jauernick ab episcopo ad tempora vitae saltem sibi fuisse concessum. 1348.
62. Sententia Regii tribunalis Wratislaviae pro avvocato in Cant contra consules ibidem. 1351.
63. Bolko dux Suidnicensis dat episcopo Preceslao et ecclesiae castrum Jauernick cum omnibus attinentiis in perpetuum. 1348.
64. Renuntiatio iuris sive Vorzicht der Vögtin zum Cant coram scabinis Wratislaviensibus. 1441.
65. Instrumentum publicum de Graniciis prope Czirckwitz super villis Sprenow, Scoczenitz, Zantzitz et Czachow. 1368.
66. Henrici ducis Silesiae literae super commutatione quorundam bonorum inter se et episcopum Laurentium facta, in qua cessit episcopatui Czirckwitz, Stobna et Pilsitz. 1208.
67. Henrici ducis literae, in quibus episcopo dat licentiam locandi Czirckwitz iure Teutonico et erigendi forum sicut in Wansou. 1252.
68. Fasciculus, in quo sunt 8 literae patentes, quae spectant ad oppidum Freywalda, quarum praecipue sunt Antonii Fuggari, qui fatetur sibi pro toto

illo castro, oppido et quae eo pertinent, ab episcopo Balthasare satisfactum emoneratis 2000 Ungar. 1547.

69. Literae imperatoris Ferdinandi et copia literarum episcopi Balthasaris ad imperatorem scriptarum in causa oppidi Sdunii et villae Staccoua: quorum bonorum iurisdictione quidam Poloni episcopum spoliare conabantur. 1547.  
(Vide AA. 26 et 80 et infra 71, 72).
70. Literae Conradi episcopi super allodium et advocatiam in Freýwalda, item Behmischdorff, quae omnia confert cuidam Muschtzen, adempta alteri eiusdem familiae ob haeresin Hussiticam et Wiclefiticam. 1422.
71. Copia sententiae commissariorum regionum Posnaniae latae pro episcopo et capitulo Wratislaviensi in causa domini oppidi Sdunii et villae Stacoua. 1508.
72. Sigismundi regis literae ad regem Poloniae ratione Sdunii.  
Item copia sententiae regis Poloniae Casimiri in eadem causa tempore episcopi Jodoci.

EE. EPISCOPORUM OBLIGATIONES VEL ETIAM GRATIAE CAPITULO FACTAE. ITEM CAPITULI IURISDICTIO PLENA AB EPISCOPIIS ACCEPTA. ITEM EPISCOPI CONTRA CAPITULUM AUT CANONICOS PROCEDENTES

1. Episcopus Rudolphus promittit et cauet Venerabili Capitulo super mine-  
rarum in Czuckmantel proventu, ratione aeris alieni, quod contraxerat,  
dissolvendi. 1478.
2. Conradi episcopi duae schedulae, in quibus ille sua manu annotavit debita  
a se contracta per capitulum solvenda, cum simulate resignaret episcopa-  
tum, ad quem postea fuit per Papam restitutus et capitulo per acerbam  
hanc ludificationem egregie impositum. NB.
3. Monitorium Rudolphi episcopi ad capitulum ad extradendas quasdam literas  
annullatas et cassatas sub poena suspensionis ab ingressu ecclesiae et  
a divinis. 1474.
4. Instrumentum publicum, cui insertae literae episcopi Conradi super multis  
gratiis canonicalibus, ubi et multarum villarum mentio fit. 1447.  
(Confirmationem desuper vide R. 23).
5. Petri episcopi literae super collectura Namslaviensi pro capitulo. 1450.
6. Conradi episcopi literae super commutatione gratiarum canonicalium, de  
quibus supra 4. 1447.
7. Thomae episcopi literae, quibus donat ecclesiae duas suas villas patri-  
moniales Cazouo et Powidssko, capitulo autem fertones ad decimas in 17  
villis circa Montem aureum pro quotidianis distributionibus, itemque  
omnes decimas in districtibus Pitschinensi et Creutzbergensi, additis tam-  
en oneribus quam pluribus. 1262.
8. Jodoci episcopi literae, quibus insertae aliae literae Petri episcopi ratione  
5 marcarum perpetui census et fertorum episcopalium in districtu Nam-  
slaviensi pro capitulo. 1463.
9. Nankerus episcopus innovat privilegium episcopi Thomae, supra 7 idque  
amplificat, adiectis maldratis. 1339.
10. Literae episcopi Casparis, quibus quartam partem salarii syndici capitulo  
promittit. 1569.
11. Literae Jacobi episcopi, quibus ostendit quem in usum expenderit duo

millia florenorum Ungaricalium, ad quam summam se capitulo obligaverat. 1534.

(Laurentii episcopi munificentiam erga tenuiores canonicos vide N. 5).

12. Wenceslaus episcopus obligat se capitulo et promittit se singulis annis 100 marcas oppignerati census ad minimum reluere velle. 1383.
13. Conradus episcopus ad solvenda debita contracta promittit omnem pecuniam colligendam ex subsidio, quod universus clerus contribuere debeat seque ante totalem solutionem extincto, vult obligata omnia sua patrimonialia bona usque ad solutionem. 1418.
14. Conradi episcopi literae de et super obligatione procuratoriae vel collecturae in Lignitz pro dominis de capitulo ad reemptionem censuum per se et praedecessorum suum venditorum, nec se revocaturum dictam obligationem ante totalem solutionem debitorum sub honore ducalis et pontificalis dignitatis. 1422.
15. Rudolphi episcopi literae donationis annuatim continuandae duarum sexagenarum carpionum et unius sexagenae luciorum, quorum 2/3 capitulo, 1/3 vicariis et mansionariis debetur itemque plura de piscinis prope villam Koppendorff in Grotcoviensi. 1481.
16. Rudolphi episcopi literae, in quibus assignat capitulo censum annum sex sexagenarum grossorum super allodio Czanse cum pacto reemendi pro 200 aureis: ad anniversarium Conradi ducis, qui donaverat ecclesiae dittonem Cantensem. 1476.
17. Johannis IV episcopi literae, in quibus cedit capitulo annuas 14 marcas ex Wartenbergensi pro 8 marcis, quas capitulum annuatim habebat in Parsau, sive allodio albo nunc dicto, ante s. Mauritium. 1491.
18. Legati apostolici ratihabitio et confirmatio gratiae ab Henrico episcopo capitularibus factae, quod videlicet in villis ab episcopali mensa acceptas eadem iurisdictione uti debeant, qua in aliis villis capitularibus utuntur. 1308.  
(Vide infra 20, 21, 22).  
Innocentii papae VIII bullam confirmantem exercitium plenae iurisdictionis ab episcopis Thoma et Conrado in subditos suos capitulo concessum vide C. 48 et infra 20, 21, 22.
19. Episcopus Jodocus concedit villam Bischofdorff in Bernstatensi sitam Andreae Waiiner canonico et cancellario Wratislaviensi (qui solutis 100 ducatis eandem villam ad mensam episcopalem reluerat) ad tempora vitae. 1463.
20. Henrici episcopi literae, quibus dat, donat et concedit capitulo plenam iurisdictionem in villis ab episcopali mensa acceptas vel accipiendas. 1308.
21. Thomae episcopi literae, quibus concedit capitulo plenam iurisdictionem de more aliorum capitulorum Regni Poloniae. 1268.
22. Conradi episcopi literae, quibus confirmat et amplificat iurisdictionem capituli in suos. 1422.
23. Transsumptum processus archiepiscopi Gnesnensis, cui insertae Innocentii papae VIII literae ad Johannem IV episcopum, a cuius iurisdictione penitus eximuntur canonici sub protectionem Sedis Apostolicae recepti, quandoquidem episcopus contra iuris ordinem contra quosdam processerat eosque in carceres coniecerat. 1491.
24. Serenissimus archidux Carolus donat venerabili capitulo phialam auream



- 237 circiter ducatorum pondo, ante quidem propter necessitates ecclesiae oppigneratam, sed a serenissimo relutam proprio aere 14 martii 1622. Eiusdem serenissimi domini quietantias ratione solutionis pro tenuta Tscheschinensi et villa Costental vide K. 8, 9<sup>15</sup>.
25. Declaratio gratiosissima serenissimi archiducis Caroli super quibusdam punctis a capitulo humiliter oblatis. 1624.
26. Propositio serenissimi archiducis Caroli capitulo facta super fundatione pro patribus Societatis, item ratione coadiutoris adsciscendi, itemque ratione permutationis Murau cum Satteldorf. 1624.

FF. PISCATURAE AC PISCINAE CAPITULI ET EPISCOPI VEL SUB EPISCOPATU

1. Privilegium ducis Henrici super lacum, qui fluit de Rosenthal usque ad aggerem prope monasterium s. Vincentii. 1324.
2. Capitanei Wratislaviensis literae super eodem. 1339.
3. Johannis regis Bohemiae privilegium super eodem. 1341.  
De piscatura in Kosel: vide BB. 14.  
De piscinis duabus prope Rischenthal: vide II, 49.  
De piscinis in Koppendorff: vide EE. 15.  
De piscina in Catzirka: vide N. 41.
4. Literae Nicolai Streit domini hereditarii in Waltdorff de piscina ibidem, facta cum damno quorundam rusticorum et parochi, quibus tamen iusta recompensatione dicit a se satisfactum esse. 1454.
5. Petri episcopi literae super aquam pro piscina in Waltdorff. De piscina prope Goschitz: vide QQ. 59.
6. Literae reversales Georgii Popschitz ratione suae piscinae in Falckenau in confiniis versus Koppendorff. 1581.  
De quadam piscina sub civitate Otmuchoviensis sita vide LL. 15.  
De piscatura in Buchwaldsdorff vide LL. 16.  
(NB. Haec literae repositae sunt in capsulam sub lit. EE).

GG. ALTARIA

1. Conradi episcopi investitura satis humiliter concepta super altare s. Michaëlis in cathedrali pro quodam canonico Wratislaviensi. 1444.
2. Notarii capitularis praesentatio super altare ss. Philippi et Jacobi in capella Herbordi in cathedrali. 1493.  
Censum 6 marcarum altaristis Wratislaviensibus debitum: quaere N. 2.
3. Administratores episcopatus dant investituram super altare s. Michaëlis. 1444.
4. Censum ad altare ss. Johannis Evangelistae et Jacobi in capella ex oppo- sito mansionariae: vide PP. 14.
5. Abbatis Camenecensis praesentatio pro altari ss. Petri et Pauli in ecclesia s. Jacobi parochiali Nissae. 1496.  
Altaris in villa Bettlern fundationem: vide M. 12.
6. Balthasaris episcopi investitura super altari Beatae Virginis in ecclesia parochiali in Tauer. 1544.
7. Nicolai papae V bulla super incorporationem altaris s. Annae in ecclesia s. Johannis sine cura pro rectore scholae s. Johannis. 1446.

<sup>15</sup> Na marginesie dopisano „Haec phiala postea anno 1627 fuit vendita illustris- simo domino Johanni Friderico Breinero, administratori episcopatus ob necessita- tem.

8. Jacobi episcopi literae super domo canonicali Nissae et altari ad eamdem pertinente. 1538.  
Vide MM. 4.
9. Preceslai episcopi consensus in venditionem duorum mansorum pro altari ss. Lucae, Ambrosii, Hieronymi, Henrici in cathedrali. 1362.
10. Preceslai episcopi literae super altare ss. Antonii, Sigismundi et Barbarae et ad id incorporatio 12 marcarum annui census super advocatia et eius redditibus in Reichenbach. 1375.
11. Literae super duo altaria in ecclesia cathedrali, ad quae pertinent 12 marcae ex Reichenbach ex fundatione Henrici olim custodis Budissinensis, alterumque altare confert episcopus, alterum capitulum. 1363.
12. Boleslai ducis Bregensis literae super censum 10 marcarum ex villa Martinsdorff, pertinentem ad altare s. Thomae Apostoli in ecclesia Wratislaviensi. 1343.
13. Preceslai episcopi confirmatio secundi ministerii altaris s. Thomae Apostoli de 10 marcis in Martini villa prope Olaviam. 1346.
14. Sententia definitiva officialis Wratislaviensis pro altarista altaris trium Regum in cathedrali ratione Pacis argenteae deauratae, inique laicis obligatae, atque adeo restituendae. 1438.
15. Bonifacii papae IX bulla super altari s. Michaëlis, collato Johanni Seidenberg parochi ad s. Mariam Magdalenam et canonico Wratislaviensi et alia quam plurima beneficia habenti cum amplissima dispensatione.
16. Sententia definitiva officialis Wratislaviensis super molendino et duobus mansis in Simansdorff pro altarista altaris Omnium Sanctorum: quod altare ad poenitentiariorum spectat, contra Nicolaum Borzan heredem dictae villae. 1485.
17. Martini papae V bulla provisionis super altare s. Michaëlis pro domino Dominico Thessener.
18. Wenceslai episcopi ordinatio secundi ministerii super altari ss. Philippi et Jacobi ac Bartholomei in ecclesia Wratislaviensi in capella Herbordi, de collatione notarii capituli. 1416.
19. Conradi episcopi literae contractus 6 marcarum super scultetia et taberna in Sedlakowitz prope Cant. 1419.
20. Wenceslai episcopi literae super erectione altaris in honorem Beatae Virginis eiusque Visitationis itemque ss. Virginum Catharinae, Caeciliae et Agathae, ex opposito altaris maioris in ecclesia cathedrali: ius patronatus habet capitulum. 1405.
21. Wenceslai episcopi literae super fundatione secundi ministerii altaris ss. Agnetis, Ursulae, Margarethae, Catharinae in capella prope sacristiam. Collator protonotarius episcopi Wratislaviensis pro seniori sacristano. 1398.
22. Wenceslai episcopi literae super altari sanctae Trinitatis, Beatae Virginis itemque ss. Erasmi, Wenceslai, Martini, Barbarae et Hedwigis in ecclesia cathedrali. Capitulum confert. 1409.
23. Preceslai episcopi literae super fundatione et incorporatione altaris s. Wenceslai in ecclesia Wratislaviensi. 1365.
24. Wenceslai episcopi literae super incorporatione altaris s. Ignatii itemque ss. Christophori et Veronicae in sacristia mansionariorum 6 marcarum in villa Altmanssdorff districtus Münsterbergensis. 1383.
25. Decani Wratislaviensis literae super censu 1 marcae pertinente ad altare s. Alexii in et super taberna in Czirna. 1403.

26. Wenceslai episcopi literae super erectione altaris et dotatione 10 marcarum in capella s. Augustini prope sacristiam. 1397.
27. Literae super duo altaria censumque 20 marcarum: 1. Beatae Annae et Dorotheae; 2. Blasii et Elisabethae, super 7 mansos cum dimidio inter civitatem Wratislaviensem et Gräbischin. 1339.
28. Wenceslai episcopi literae super incorporatione altaris Trium Regum, Adalberti et Hedwigis in capella Francisci de Curia in ecclesia Wratislaviensi. Collatio est capituli. 1408.
29. Literae super duas marcas census annui in villa Golzou Falckenbergensis districtus, pertinentes ad altare ss. Gothardi et Mauritii in ecclesia Wratislaviensi. 1357.
30. Instrumentum appellationis et monitionis M. Johan. Grotkau ratione 80 marcarum et literarum pertinentium ad altare s. Michaëlis contra capitulum Wratislaviense. 1368.
31. Donatio iuris patronatus capitulo facta super altare ss. Simonis et Judae et s. Barbarae in ecclesia Wratislaviensi de 12 marcis annuatim in villa Woiischitz. 1357.
32. Literae super censum 4 marcarum in Goldberg pro Nicolac Baran altarista Wratislaviensi. 1355.
33. Recognitio dominorum vicariorum ecclesiae Wratislaviensis ratione 3 marcarum annui census pro altarista altaris omnium animarum, solvendi ex 13 marcis provenientibus ex Pristram Nimicensis districtus. 1423.
34. Procuratorium quod consules in Golberg dederunt ad vendendum censu annum 4 marc. pro Nicolao Baran altarista Wratislaviensi. 1355.
35. Fundatio 6 marcarum in Lossan pro altari Annuntiationis Beatae Mariae, s. Hedwigis et Conversionis s. Pauli Apostoli, cuius collatio spectat ad capitulum. 1374.  
(Infra 80).
36. Casparus episcopus applicat altare s. Trinitatis ad s. Petrum in Lignitz organarii officio in ecclesia Wratislaviensi. 1566.
37. Altarium sive beneficiorum Wratislaviensium collationes: Libellus episcopi Martini manu conscribi coeptus, sed non perfectus.
38. Wenceslai episcopi literae super 8 marcis ad altare ss. Philippi et Jacobi in ecclesia s. Aegidii. 1404.
39. Literae census trium marcarum in Sachwitz pro altarista s. Aegidii. 1377.
40. Literae super 2 1/2 marcarum censu in Bogschitz ad altare s. Crucis in libraria. 1414.
41. Investitura pro altari s. Crucis et s. Stanislai Martyris ad s. Elisabetam Wratislaviae data ab administratoribus episcopatus. 1562.
42. Investitura pro altari Beatae Virginis, s. Clementis et Omnium Sanctorum ad s. Elisabetam Wratislaviae. 1562.
43. Investitura pro altari s. Crucis in ecclesia ad s. Elisabetam Wratislaviae per episcopum Casparum. 1572.
44. Investitura pro altari B. Catherinae ad s. Mariam Magdalenam Wratislaviae per episcopum Balthasarum. 1559.
45. Investitura pro altari s. Erasmi ad s. Mariam Magdalenam Wratislaviae per episcopum Johannem. 1508.
46. Investitura pro altari Beatae Virginis et s. Johannis Baptistae in ecclesia Wratislaviensi, in capella ultra minus ostium ecclesiae. 1358.

47. Investitura pro altari s. Leonhardi in ecclesia s. Aegidii, cuius patronatus spectat ad rectorem scholae s. Johannis. 1480.
48. Praesentatio rectoris scholae pro altari Trium Regum. 1448.
49. Census 3 fertorum pro altari s. Crucis e Gura. 1554.
50. Mandatum seu procuratorium Johannis de Grätzregina decani Cremsirien-sis ad capiendum possessionem altaris s. Michaëlis in ecclesia Wratisla-viensi. 1422.
51. Johannis episcopi literae super erectione altaris 3tii ministerii in capella sub turri sinistri lateris ecclesiae Wratislaviensis, quod confert advocatus capituli. 1504.
52. Johannis episcopi literae super altare 3-tii ministerii in capella Warten-berg, collatio ad capitulum spectat. 1518.
53. Episcopus Johannes V adimit domum signatori et contra assignat eidem alios redditus de quibusdam altaribus in ecclesia s. Johannis. 1517.  
De tribus marcis altaristae s. Georgii ad s. Elisabetam debitis ex Kröten-mühle annuatim vide QQ. 40 et sequentia.
54. Literae super altare Assumptionis Beatae Virginis in ecclesia BB. Petri et Pauli in Summo. 1442.
55. Instrumentum publicum super censu 12 marcarum in villis Spillerdorff et Sulkowitz pro altari Corporis Christi in cathedrali. 1330.
56. Ruperti ducis Lignicensis literae super censu 8 marcarum in villa Senitz Nimicensis districtus ad altare Conversionis s. Pauli et B. Hedwigis in ecclesia cathedrali. 1396.  
De altari quod confert decanus et 5 marcarum censu eo olim spectante ex Mochbor vide M. 54.
57. Missivae diversae in uno fasciculo ad altaristas spectantes.
58. Henrici de Donyng capitanei Glogoviensis literae super 10 marc. in villis Dammerau, Deiissla et Czeditz pro altari s. Michaëlis. 1399.
59. Conradi ducis Olsnensis consensus super censu 10 marcarum in Dam-merau, Deiissla et Czeditz ad altare s. Michaëlis. 1399.
60. Officialis Wratislaviensis mandatum iniunctum Seyfrido Broën ad solutio-nem 10 marcarum pro altari s. Michaëlis ex villis Dammerau, Deiissla et Czeditz Stinaviensis districtus. 1399.  
Infra 63.
61. Wenceslai episcopi literae et incorporatio 8 marcarum altari s. Michaëlis 4ti ministerii, quod est in loco inferiori prope turrim novam. 1402.
62. Praesentatio ad altare s. Michaëlis 4ti ministerii. 1407.
63. Officialis Wratislaviensis sententia, quod manifesta offensa sit probata per altaristam s. Michaëlis contra canonicum quemdam Lignicensem, pos-sessorem Boni Dammerau ratione census 10 marcarum. 1424.
64. Census unius marcae pro altari s. Michaëlis in ecclesia s. Aegidii. 1408.
65. Bonifacii papae IX bulla super altari s. Michaëlis pro Johanne Themiss-dorff.
66. Processus domini Johannis Themissdorff fulminatus, ratione altaris s. Mi-chaëlis. 1399.
67. Literae capituli cum consensu episcopi Preceslai datae super villa Cri-sänovitz, quae locata est iure Teutonico, quodque scultetus ibidem debet servire cum uno equo valente et solvere annuatim duas marcas altaristae, et reliqui mansi singuli solvunt unam marcam pro censu et unum fertor-nem pro decimis. 1356.

68. Episcopi Preceslai monitorium contra Johannem Grotkau, ut de villa Crisänowitz et utilitate molendini lumen ardens teneat in ecclesia Wratislaviensi, 1368.  
(Fuit autem assignatum ad illud lumen perpetuum molendinum in Crisänowitz, cum quo quid actum sit contra mentem fundatori — vide QQ. 36. Porro ipsam fundationem quaere V. 40).
69. Preceslaus episcopus excommunicat Johannem de Grotkau possessorem in Crisänowitz, quod contra fundatoris mentem agat, adiuncta est et declaratio, qualis refectio canonicis et vicariis dari debeat ex Criisänowitz, et quale lumen perpetuo tenendum sit. 1368.
70. Appellatio capituli super altari s. Michaëlis, quod nempe illud sit canonicale. 1368.
71. Sententia super altari s. Michaëlis pro domino Jeronymo Seidenberg contra dominum Nicolaum Gleiwitz. 1403.
72. Investitura episcopi ad altare s. Michaëlis in ecclesia Wratislaviensi per dominum Nicolaum Gleiwitz, resignati pro domino Hieronymo Seidenberg. 1404.
73. Wenceslai episcopi investitura ad altare s. Michaëlis pro Ulrico de Spira. 1406.
74. Excommunicatio ob non responsionem ad libellum contra duces Olsnenses, Conradum Cantnerum et Album, ad instantiam mgri Andreae Schönau altaristae s. Michaëlis, quem dicti duces turbabant ratione Criisänowitz. 1437.
75. Eugenii papae IV collatio altaris s. Michaëlis in ecclesia Wratislaviensi pro Johanne Schnechnitz.
76. Eugenii papae IV executoriales pro Johanne Schnechnitz ratione altaris s. Michaelis. 1445.  
Item Martini papae V bulla provisionis altaris s. Michaëlis. 1418.  
Item Eugenii papae IV bulla sequestrationis propter altare s. Michaëlis. 1432.  
Item Eugenii papae IV bulla executionis ratione altaris s. Michaëlis. 1434.
77. Nicolai de Senitz literae super 2 marcis in Rudelssdorff pro altarista Omnium animarum in capella B. Mariae Virginis ecclesiae Wratislaviensis. 1413.  
Item literae officialis Wratislaviensis super eodem censu. 1413.
78. Literae super censum annum 5 marcarum in Bernwalde pro altari Omnium animarum. 1376.
79. Jodoci episcopi literae super 20 florenos in auro annui census in ac super civitate Lignicensi pro altari ss. Vincentii et Stanislai. 1463.
80. Preceslai episcopi incorporatio altaris Annuntiationis B. Virginis, s. Hedwigis et Conversionis s. Pauli de annuo censu 6 marcarum in Lossau, districtus Bregensis. 1375.
81. Wenceslai episcopi literae super permutatione facta cuiusdam horti in Elbingo, qui pertinebat ad altare s. Catharinae. 1385.
82. Sententia lata pro capitulo ratione altaris B. Johannis Baptistae (:Evangelistae;) et ss. Petri et Pauli Apostolorum in ecclesia Wratislaviensi. 1356.
83. Conradi ducis Olsnensis literae super 2 marcas in Günterwitz pro altari Corporis Christi in ecclesia Wratislaviensi. 1414.
84. Literae super censu 4 marcarum pro altari ss. Andreae et Barbarae ad s. Aegidium. 1376.

85. Petri episcopi literae super fundationem summi altaris ad s. Aegidium. 1448.
86. Literae capitanei Wratislaviensis super censu annuo unius marcae in villis Seifersdorff, Tschammersdorff et Jacobsdorff in districtu Noviforenensi pro praeposito s. Aegidii. 1458.
87. Conradi ducis Silesiae literae super 3 marcarum censum in et super bonis Wise, Hoekirche et Elgot in Trebnicensi ac Buchwalde in Bernstatensi districtu ad summum altare s. Aegidii. 1401.
88. Conradi ducis Olsnensis et Cantensis literae super censum 6 marcarum in Sachewitz et Kemmerdorff in Cantensi pro altari quodam s. Aegidii. 1390.
89. Literae vicariorum super 12 gr annui census ad altare Trium Regum in ecclesia s. Aegidii. 1529.
90. Wenceslai episcopi literae super altare sub titulo Omnipotentis Dei, B. Mariae Virginis, s. Michaëlis, Andreae et Leonhardi ad s. Aegidium. 1398.
91. Conradi episcopi literae super idem iam dictum altare ad s. Aegidium, cuius ius patronatus est rectoris scholae. 1424.
92. Petri episcopi literae super altare ss. Stanislai, Cosmae et Damiani ad s. Aegidium, cui incorporantur 10 marcae annui census pro praeposito ibidem. 1451.
93. Vidimus literarum venditionis census 2 marcarum super Hermansdorff: ad duo altaria, scilicet Trium Regum ad s. Aegidium et s. Catharinae in ecclesia Wratislaviensi. 1456.
94. Monitorium contra 21 altaristas s. Aegidii, ut deponant literas super sua altaria ad sacras aedes dictae ecclesiae intra dies 15. 1408.
95. Wenceslai episcopi literae super censu 8 marcarum ad altare s. Aegidii ex villa Schidlakowitz. 1383.
96. Officialis Wratislaviensis literae super eundem censum. 1383.
97. Instrumentum publicum super annum censum 5 marc. in praetorio Wratislaviensi pro praeposito s. Aegidii. 1449.
98. Instrumentum fundationis et collationis altaris summi ad s. Aegidium. 1445.
99. Johannis episcopi erectio altarium s. Clementis papae et martyris, nec non Gregorii papae et confessoris in cathedrali: eorumque dotatio ex villis Ozwentitz et Barcowitz. 1299.
100. Preceslai episcopi literae et incorporatio 10 marcarum in Hondorff Svidnicensis districtus: ad altare Omnipotentis Dei et 4 Doctorum, in ecclesia Wratislaviensi. 1344.
101. Wenceslai episcopi literae super censu 6 marcarum in villis Pilgramsdorff et Albrechtsdorff in Goldbergensi: ad altare ss. Petri et Pauli in ecclesia s. Aegidii. 1385.  
(Censum 6 marcarum pro altaristis ex Arnoldsdorff in Strelensi vide N. 35).  
Censum unius marcae in Opatowitz pro altaristis s. Aegidii vide N. 38.  
Censum 10 marcarum pro altaristis s. Johannis ex Henrici villa et Guttvini villa vide N. 39.  
(Reliqua vide SS).

HH. STATUTA CAPITULI ET EO SPECTANTIA, ITEM SYNODI AC STATUTA SYNODALIA

1. Intimatio studii triennalis Petri Hörnig ex studio Romano. 1500.

2. Natales domini Martini Gerstman, postea episcopi Wratislaviensis. 1561.
3. Wenceslai episcopi et capituli ordinatio servanda sede vacante, et de modo recipiendi novum episcopum et homagio a civitatibus faciendo. 1383.
4. Rudolphi nuntii apostolici confirmatio certorum articulorum in receptione a novo episcopo iurandorum. 1468.
5. Citatio pro die electionis Cracoviam missa. 1482.  
(Articulos cuidam Moshaym possessionem decanatus pro alio et praepositurae pro se petenti a capitulo propositos 1529 vide M. 11.  
Instrumentum publicum pro capitulo de Iulii Landi per ascensum ad decanatum amisso senio vide M. 35).
6. Conradus episcopus erigit novum canonicatum et praebendam in ecclesia Wratislaviensis ad tempora vitae duntaxat Johannis Hesse, olim civis Wratislaviensis, qui donaverat capitulo molendinum Knoffmühle et medietatem villae s. Catharinae. 1439.
7. Henrici episcopi ordinatio de viacariis decano praesentandis. 1304.
8. Quaedam schedula, ex qua apparet, quod et olim collationes domorum erant capituli.
9. <sup>16</sup>.
10. Instrumentum publicum de tribus statutis per archiepiscopum Gnesnensem iussu S.D.N. factis:
  1. De celebrandis annuatim synodis in sua dioecesi.
  2. De observantia ieiunii in vigilia s. Matthiae Apostoli sine translatione.
  3. De tabellionibus non adsciscendis, nisi probatis et in matriculam incriptis. 1406.
11. Ordinatio capituli de refectionibus ex 40 marcis in certis festivitatibus inter praesentes distribuendis. 1349.
12. Aequalitas praebendarum constituta ad 12 marc. pro singulis: inter canonicos Wratislavienses, de mandato S.D.N. per episcopum Lubusensem. 1391.
13. Wenceslai episcopi literae de aequalitate praebendarum inter singulos canonicos usque ad 30 marc. et non ultra pro singulis. 1396.  
Vide R. 27.
14. Instrumentum publicum, quod dominus Petrus Userob canonicus consenserit in aequalitatem praebendarum et hic exprimuntur villae et decimae suae praebendae Peisskerau, quam reduci passus est ad valorem 30 marcarum, tum temporis scilicet. 1407.
15. Instrumentum de consensu aequationis praebendarum, dato per Franciscum Benischau. 1408.
16. Instrumenta duo super optione facta praebendarum per duos canonicos. 1361, 1362.
17. Sententia definitiva S.D.N. pro Nicolao de Schellemdorff in causa optionis praebendae. 1357.
18. De optione praebendae Nicolai de Schellendorff, processus. 1359.
19. Processus super confirmatione statuti: de extraneis non admittendis.
20. Rudolphi episcopi literae, in quibus fit innovatio et extensio statuti de alienigenis sive extraneis, nisi qualificatis, non recipiendis, atque confirmatio eiusdem. 1467.

<sup>16</sup> Numer 9 opuszczony.

21. Synodi Basiliensis ordinatio de extraneis, nisi qualificatis, non recipiendis 1435; vidimata per abbatem in Arena 1436.  
(Vide R. 28, 29).
22. Johannis IV episcopi literae et statutum de Polonis non admittendis ad capitulum. Similiter de facientibus praebendas pensionatas non admittendis. 1498.
23. Jacobi episcopi ordinationes et statuta duo: alterum de restituendo stipendio studii per dimittentes praebendas; alterum de non conferendis vicariatus nisi per canonicos. 1532.
24. Jacobi episcopi declaratio probationis triennalis studii et gradus facultatis. Item de abiurandis haeresibus horum temporum. 1529.
25. Johannis VI episcopi confirmatio nova privilegii de indigenis huius provinciae graduatis absque triennali studio recipiendis. 1606.
26. Casparis episcopi literae reversales de receptione domini Marci a Kitlitz in capitulum sine triennali: sine praedudicio statutorum ecclesiae. 1560.
27. Casparus episcopus per literas urget Adami Weiskopf admissionem ad capitulum. 1563.
28. Christophorus a Stüssel intimat studium triennale petitque stipendium a capitulo promissum. 1566.
29. Literae legitimae nativitatis pro Andrae Beler praeposito Lignicensi et canonico Wratislaviensi a Senatu Görlicensi. 1504.
30. Literae insinuationis studii triennalis domini Petri Jenchwitz canonici Wratislaviensis per rectorem studii Romani satis acres. 1500.
31. Capituli ordinatio et statutum de novitiis canonicis, quod primo anno nudis praebendae fructibus contenti esse debeant, secundo medietate distributionum capitularium gaudeant, et onera capitularia sufferant, tertio demum anno cum reliquis aequaliter participant. 1499.
32. Legati apostolici confirmatio illius iam proxime dicti statuti de duobus primis annis canonicorum novitiorum. 1501.
33. Johannis V episcopi statutum super residentia vicariorum. 1516.
34. Literae exemptionis a ferendis ecclesiae et capituli oneribus domini Matthaei Lampricht eiusdemque donationis. 1535.
35. Protocollum sive minuta aequalitatis praebendarum in ecclesia Wratislaviensi constituta per episcopum Lubusensem.
36. Preceslai episcopi et capituli statutum super optionibus praebendarum, ubi notandum, quod temere absentes optare non possint, item habendam esse rationem sanii. 1347.
37. Preceslai episcopi statutum, quod antiquior canonicus praebendatus et receptus praefertur alteri, qui prius canonicatum assecutus, sed non statim receptus fuit, in optionibus et aliis. Item, quod tribus mensibus quis abesse possit et manere continuus. 1359.
38. Petri episcopi sententia arbitralis et declaratoria statuti de optionibus, et quod successor beneficiati canonici in praebenda, licet non in canonicatu, tenetur integre solvere annum gratiae pro commodo defuncti sui praedecessoris. 1449.
39. Rudolfus episcopus donat reliquias B. Valentini argento inclusas; et instituit eiusdem sancti festum in posterum celebrari cum IX lectionibus, concessis indulgentiis 40 dierum. 1481.
40. Statuta Janislai archiepiscopi Gnesnensis. 1326.
41. Statuta provincialia confirmata per Urbanum papam IV.



42. Transsumptum certorum statutorum utilium pro libertate ecclesiae factorum per legatum papae et confirmatorum per Clementem papam V. 1359.
43. Rudolphi imperatoris literae ad episcopum Martinum et eiusdem episcopi Martini literae ad vicecancellarium imperatoris de executione synodi provincialis Petricoviensis. 1578.
44. Articulorum Rudolphi episcopi 1468 confirmatio per Johannem IV episcopum. 1482.
45. Rudolphi episcopi literae confirmantes quaedam statuta capitularia:
  1. De eo, cui lis monetur infra annum super sua praebenda.
  2. Qui non possit optare aliam praebendam.
  3. De almutio, quando eius usus sit necessarius.
  4. Quis sit capax torni.
  5. Non proiciendas esse sordes in Oderam.
46. Sententia pro domino Johanne Bladen e Ducatu Oppaviensi oriundo lata, quod ut Silesius sit capax canonicatus Wratislaviensis. 1443.
47. Rudolphi episcopi constitutio et emendatio statuti super discontinuatione studii triennalis. 1481.
48. Jacobi episcopi statutum de non admittendis ad possessionem in ecclesia, nisi per aetatem idoneis: et de non admittendis ad capitulum, nisi intra annum ordinandis ad sacerdotium. 1537.
49. Casparis episcopi statutum de continua residentia ad sex septimanas per annum relaxata. 1570.
50. Preceslai episcopi declaratio statuti de dandis refectionibus absentibus extra chorum in certis casibus. 1364.
51. Wenceslai episcopi statutum de non dandis cotidianis refectionibus, nisi in sacris ordinibus constitutis. 1388.
52. Preceslai episcopi statutum, quod nullus debeat habere duo altaria vel duas vicarias. 1355.
53. Legati cuiusdam apostolici literae pro quodam extraneo, in quibus videtur velle derogare statuto de extraneis, nisi qualificatis non recipiendis, quas tamen literas ipse is, pro quo scriptae fuerant, capitulo sponte tradidit et iis renuntiavit. 1476.

Item literae regis Matthiae pro eodem Johanne de Monte. 1474.
54. Insinuatio studii triennalis domini Nicolai Merboth per literas rectoris Academiae Senensis. 1464.
55. Testimonium completi studii triennalis domini Nicolai Weidener canonici Wratislaviensis. 1508.
56. Testimonium de studio triennali domini Stanislai Saur, quamvis unius saltem anni completi in Academia Patavina, in literis fiat mentio: propter pestem enim Viennam, ubi studere coeperat, discesserat. 1507.
57. Adami Landeck literae supplices, in quibus a capitulo stipendium Greselianum sibi conferri petit. 1558.
58. Balthazaris episcopi constitutio de suscipiendis intra anni spatium sacris ordinibus post habitam in capitulo possessionem sub privatione. 1552.
59. Sententia super canonicatu et praebenda in ecclesia Wratislaviensi, abiudicatis cuidam cardinali. 1344.
60. Appellatio capituli ab impetitione cuiusdam N. Zeiselmeister, qui per vim volebat se intrudere in quemdam canonicatum, cuius possessionem iam alius obtinuerat. 1418.

61. Bonifacii papae IX bulla de aequalitate praebendarum, et quod singulae debeant taxari non ultra decem marcas.  
(Reliqua vide XX).

II. EPISCOPORUM MINISTRI, ITEM TENUARII ET HYPOTHECARIJ  
EORUMQUE REVERSALES, ITEM FEUDA EPISCOPALIA:

1. Reversales Urbani Stosch super Freiwaldaw. 1478.
2. Reversales binae duorum nobilium ratione Frideberg, administratoribus episcopatus datae. 1539.
3. Iudex curiae Ottmuchoviensis promittit, quod sede vacante velit habere respectum ad capitulum. 1409.
4. Iudicis curiae Ottmuchoviensis reversales eiusdem argumenti, ut modo. 1418.
5. Heintz Reibnitzes capitanei Ottmuchoviensis reversales datae episcopo Rudolfo. 1469.
6. Henrici de Dobre capitanei Ottmuchoviensis reversales, quibus promittit fidelitatem episcopo et eo defuncto, capitulo. 1473.  
Item reversales Henrici de Walda sive Man capitanei Ottmuchoviensis. 1480.
7. Henrici Reibnitz capitanei Ottmuchoviensis reversales. 1485.
8. Joachimi Rottkirch capitanei Ottmuchoviensis reversales. 1540.
9. Johannis a Maltitz capitanei Ottmuchoviensis reversales. 1586.
10. Reversales domini Henrici Ribisch super Freiwalde. 1530.
12. Rudolphi episcopi literae, quibus concedit castrum Freiwalde cum praedio et omnibus emolumentis Balthasaro Motzschelnitz. 1481.
13. Reversales Casparis Gaun capitanei Montis s. Johannis. 1519.
14. Balthasaris s Seidlitz capitanei Montis s. Johannis reversales. 1587.
15. Balthasaris Motzelnitz reversales super castrum et advocatiam Canth. 1496.
16. Matzke Tschanefeldt capitanei in Frideberg reversales. 1421.
17. Seifridi Wandewitz reversales super castro Frideburg. 1446.
18. Reversales Nicolai Kotelinsskii super castro Frideburg cum tribus villis sibi concessio et tradito. 1459.  
Item alia eiusdem recognitio, ubi fatetur sibi ab episcopo et capitulo plene satisfactum. 1459.
19. Johannis et Nicolai fratrum Kotelinsskii reversales super Frideburg. 1469.
20. Friderici Swetlig reversales super castrum Frideberg. 1538.
21. Hinconis Meinholt capitanei Ottmuchoviensis literae reversales super Weidenau et Czirkwitz, itemque multis villis episcopatus oppigneratis. 1470.
22. Reversales burggravii in Kaltenstein. 1423.
23. Nicolai Neinholt reversales super Kaltenstein. 1461.
24. Henrici Tettauers reversales super Kaltenstein, Weidenau et pluribus villis ab episcopo sibi concessis. 1499.
25. Literae reversales dominae Annae de Neuenhauss super villis Lobdau et Lindenau et 40 marcis. 1472.
26. Literae reversales Henrici et Johannis Stosch super Nova domo in Patzschkoviensi. 1525.
27. Literae reversales domini Johannis Seidlitz super villa Tschirnitz in Jauraviensi. 1534.

28. Literae reversales Johannis Unruh super Preichau et villa Grossbauschkewitz. 1472.
29. Literae reversales Melchioris Lobel super Preichau. 1473.
30. Reversales Melchioris Lobe super Preichau. 1475.
31. Literae reversales domini Casparis Kottwitz ratione tenutae Preichau. 1540.
32. Nicolai de Biraua in Uiiast reversales super Costental. 1509.
33. Johannis et Henrici Borssnitz literae reversales super villis Gross Zölnig, Klein Zölnig et Bischkowitz prope Bernstat. 1461.  
Item vidimus seu copia earumdem literarum. 1475.
34. Henrici Reibnitz reversales super villam Peterssfreide in Nissensi. 1472.
35. Georgii Stensch marschalci episcopalis reversales super tenutam Steinischdorff. 1561.
36. Reversales Bolkonis ducis Svidnicensis, quod possideat villam Gesess in Nissensi saltem ad tempora vitae. 1354.
37. Reversales Johannis von der Leipe super bonis Breitfort et Behmischdorff. 1476.
38. Reversales Balthasaris von Reine super Kemnitz prope Patzschkau, quae villa potest redimi, solutis saltem 100 Ungaricis. 1471.
39. Literae reversales Henrici Haugwitz super villam Krelau in tenuta Preichaviensi. 1472.  
Item eiusdem Haugwitz literae ratione aliorum 4 mansorum in Grossbauschkewitz. 1473.
40. Literae reversales Casparis Braun super villam Krelau. 1480.
41. Literae reversales Premislai ducis Oppaviensis canonici Wratislaviensis super certis piscinis prope Wirben et villa Siimerau prope Praussnitz. 1473.
42. Reversales domini Diprandi Zetteritz ratione officii Marschallatus, ubi itidem pollicetur post obitum episcopi capitulo fidelitatem. 1536.
43. Reversales ducis Primislai canonici super censum centum florum Ungaricalium, in et super proventibus episcopatus in Glogoviensi. 1471.
44. Bernhardus Birck eques fatetur sibi ab episcopo Conrado plenarie satisfactum, excepto bono Siimmerau, super quo adhuc literas habeat. 1425.
45. Glocriani de Rachenau burggravii in Jauernick reversales. 1418.
46. Petri Luckau reversales ratione villae Eiila prope Köppernick ad tempora vitae sibi concessae. 1419.
47. Reversales cuiusdam viduae ratione villae Legota. 1289.
48. Reversales abbatis et conventus in Arena, quod liberum sit episcopo quancumque velit censum 26 et 25 marcarum super villa Wansou reemere. 1384.
49. Literae reversales Leonhardi Vogel ratione Rischenthal et duarum ibi piscinarum. 1507.
50. Literae reversales super curia episcopali in Ratibor. 1470.
51. Reversales Andreae Pogrel datae episcopo Wenceslao, qui concesserat ei allodium Czirekwitz ad tempora vitae.
52. Episcopi Martini literae super gratia suo nepoti Christophoro Gertmanno facta de allodio Czirekwitz. 1585.
53. Reversales datae episcopo Preceslao ratione villae Mangelsdorff in Nissensi, concessae cuidam Santkoni ad tempora vitae. 1346.
54. Literae reversales Gumperti de Schlieben ratione allodii Scoroschau, opidi

- Reichenthal et adiacentium villarum, datae episcopo Wenceslao et capitulo. 1399.
55. Literae reversales et recognitio N. et Nicolai de Nympe fratrum in facto obligationis Pogelau. 1460.
  56. Literae reversales et recognitio N. Salusch marscalci episcopi Conradi super villa Dame in Lignicensi ad tempora vitae sibi concessa. 1449.
  57. Recognitio Johannis et Michaelis Bess super gratia episcopi Conradi de villa episcopali Pramsin in districtu Bregensi sita, ad tempora vitae ipsorum facta. 1446.
  58. Capitulum redimi fecit villam Stubnau a Cunrado episcopo traditum cuidam nobili pro 90 florenis Ungaricis, quos solvit N. Pritzelwitz canonicus et ita villam servavit. 1451.
  59. Gratia personalis pro Bartusch Medler Hofevogt zu Bresslau et Anna uxore sua de allodio in Czirckwitz per episcopum Johannem IV. 1500.
  60. Infeudatio Henrici Ribisch super Freiiwalde et villas adiunctas per episcopum Jacobum. 1530.
  61. Episcopus Martinus concedit in feudum quaedam bona in districtu Ottmuchiensi sita Hieronymo et Johanni comitibus de Pomssdorff post obitum fratris Christophori, cum quo iam ante simultaneam investituram obsinuerant. 1581.
  62. Episcopi Balthasar ratihabitio concessionis ad vitae tempora allodii in Czirckwitz. 1540.
  63. Rudolphi episcopi literae concessionis villae Kosel prope Patzschkau pro Georgio Jordan cum illam prius ademisset cuidam Bohemo ob inimicitiam, ut literae loquuntur. 1477.
  64. Literae episcopi Casparis, quibus donat quamdam vineam a se instructam et excultam penes Heidersdorff fratri suo Georgio Logau. 1573.
  65. Documenta villarum Burckendorff et Kuntzendorff sub Ottmuchiensi et Biela sub Nissensi redemptarum ab episcopo Martino. 1581.
  66. Gratia ab episcopis facta Tzerniniis de villa Zedlitz Ottmuchiensis districtus. 1575.
  67. Copia literarum concessionis — wegen des Hammers zu Hermanstadt — factae ab episcopo Balthasare. 1559.
  68. Jacobi episcopi Wratislaviensis inscriptio simul et reversales de bonis Tscheschin et Lischka ad duo corpora Christophori et Matthaei Borsnitz. 1533.
  69. Johannis IV episcopi literae super villam Wilmersdorff concessam ad tempora vitae Christophoro Adelsbach et uxori pro 65 aureis. 1492.
  70. Balthasar episcopi literae et concessio iam dictae villae Wilmersdorff sive Wilhelmsdorff ad duo corpora pro eadem summa 65 Ungaricalium. 1552.
  71. Testimonium triplex redditum coram senatu Wratislaviensi ratione tenueriorum in Preichau et maiori Glogovia. 1464.
  72. Reversales duorum fratrum Rutzkii ratione villae Saboize sive Kuntzendorff ad vitae tempora ab episcopo Conrado illis concessae. 1418.
  73. Episcopus Balthasar concedit allodium in Czirckwitz cuidam Henrico Girsdorff cum pacto 100 ducatorum impendendorum in aedificia, quae tamen pecunia heredibus eius ante allodii cessionem ab episcopo refundi debeat. 1543.

74. Oppigneratio bonorum Prosilssdorff et Waltdorff ab episcopo Balthasare facta cuidam Humbergo pro 3000 Ungaricis cum pacto reluendi. 1545.
75. Wenceslaus episcopus donat maldrata et fertones villae Rulantowitz domino Ulrico Spirae decano Ottmuchiensi ad tempora vitae. 1399.
76. Obligatio Achillis Cromeri episcopo Martino data ratione sumptuum, quos episcopus ipsi ad studia suppeditabat, refundendorum et servitorum episcopo ac patriae praestandorum. 1582.

#### KK. VILLAE, ALLODIA ET CASTRA EPISCOPATUS ALIENATA

1. Thomas episcopus vendit villam Pilsitz reservata decima. 1291.
2. Henricus episcopus confirmat emptionem allodii Pilsitz, in quo directum sibi et ecclesiae dominium competere asserit. 1309.
3. Henricus dux et dominus Wratislaviae vendit iurisdictionem in Pilsitz et eximit illam ipsam villam ab omnibus oneribus. 1312.
4. Henricus episcopus confirmat emptionem allodii Pilsitz in emphyteusin ab ecclesia ante concessi. 1314.
5. Confirmatio venditionis quartae partis de Pilsitz a iudice Curiae episcopalis data. 1343.
6. Confirmatio cessionis villae Pilsitz a iudice Curiae episcopalis. 1352.
7. Literae super venditionem 9 1/2 mansorum in Pilsitz emptori a venditore datae. 1353.
8. Preceslaus episcopus infeodat Cruciferos super Pilsitz, reservato sibi et ecclesiae iure redemptionis, quando Cruciferos tolerare noluerint. 1360.
9. Confirmatio venditionis aut cessionis villae Pilsitz a iudice Curiae episcopalis. 1352.
10. Reversales Cruciferorum ratione Pilsitz episcopo datae. 1360.
11. Rustici in Pilsitz promittunt solvere episcopo Preceslao missalia et fertones episcopales. 1370.
12. Preceslai episcopi literae super Pilsitz, ubi elocat illud bonum sive villam iure Teutonico, reservato iure sanguinis. 1353.
13. Literae Conradi episcopi, quibus confirmat emptionem villae Pilsitz, reservata ecclesiae sylva et iure reemptionis. 1435.
14. Preceslaus concedit Pilsitz in feudum. 1345.
15. Margareta ducissa Olaviensis renuntiat omni iuri, quod sibi competere potuit super castrum Jeltzsch. 1444.
16. Ludovici ducis Olaviensis literae venditionis castri Jeltzsch factae episcopo Conrado. 1433.  
(De villa Constanten in Coslaviensi concessa pro 500 marcis contractu reemptio vide AA. 11).
17. Preceslai episcopi processus fulminatus contra omnes, qui se inromiserint de sylva prope Jeltzsch, quae dicitur — der Krigwald — 1372.
18. Preceslai episcopi alius processus super sylva Jeltzsch. 1375.
19. Ludovici ducis Olaviensis literae, quibus adiudicat capitulo sylvam Jeltzsch. 1380.  
(Kasimiri ducis Teschinensis literas super concordia ratione Costental vide D. 10).
20. Hermanni militis et fratrum ipsius renuntiatio iuris super villa Halberdorff in Grotcoviensi, quam episcopo Preceslao vendiderat. 1367.
21. Literae super allodio in Halberdorff pro Preceslao episcopo. 1363.
22. Preceslaus episcopus Wratislaviensis confirmat venditionem villae Ber-

- tilssdorff prope Nissam, ita tamen ut quivis episcopus eam possit reemere pro 100 marcis. 1346.
23. Episcopi Rudolphi literae super villam Bischkowitz in monte, quod pertineat cum pleno dominio ad Sanctam Crucem. 1481.
  24. Sententia arbitralis super supremo dominio villae Bischkowitz in monte, pro capitulo S. Crucis lata, contra possessorem allodii ibidem. 1486.
  25. Casimiri ducis Opoliensis literae super Uiiast pro Laurentio episcopo Wratislaviensi. 1222.
  26. Casimiri ducis Opoliensis literae super libertate Uiiast. 1222.
  27. Laurentii episcopi literae, quibus concedit Waltero advocato Nissae locationem Teutonicam in Uiiast. 1223.
  28. Ducissae Opoliensis literae super libertate villae Oluche prope Uiiast. 1235.
  29. Ducis Opoliensis literae super elocatione libera villae Oluche prope Uiiast. 1239.
  30. Ducis Opoliensis privilegium super libertate civitatis Uiiast itemque Gostecin et Stinaviae. 1241.
  31. Wladislai ducis Opoliensis privilegium amplissimum super Uiiast et Stinavia, itemque plurimis villis adiacentibus. 1260.
  32. Episcopus Henricus emit dimidium advocatiae in Uiiast. 1307.
  33. Bolkonis ducis Opoliensis literae pro elocatione Uiiast iure Teutonico. 1368. (Vide infra 44).
  34. Bolko dux Opoliensis confirmat privilegium antecessoris sui Casimiri super Uiiast 1222 concessum. 1372.
  35. Wenceslaus episcopus confirmat venditionem et cessionem advocatiae Uiiasdensis, ubi partim et exprimitur fundatio eiusdem. 1385.
  36. Wenceslaus episcopus confirmat venditionem sextae partis advocatiae in Uiiast. 1388.
  37. Wenceslaus episcopus confirmat venditionem allodii foris Uiiast. 1401.
  38. Conradus episcopus confirmat venditionem factam super allodio foris Uiiast. 1419.
  39. Conradus episcopus confirmat venditionem advocatiae in Uiiast, ubi partim fundatio exprimitur. 1426.
  40. Conradus episcopus remittit servitutem et omnia onera advocatiae Uiiasdensis, donec restituantur possessori eiusdem 30 marcae ab episcopo acceptae. 1427.
  41. Literae exprimentes modum factae per arbitros divisionis inter Nicolaum advocatum Uiiasdensem et Nelam sororem eius. 1439.
  42. Iudex Curiae in Uiiast confirmat venditionem allodii ibidem extra civitatem. 1440.
  43. Johannis ducis Auswitzensis literae reversales super emptione Uiiast pro 2500 florenis sub titulo reemptionis ab episcopo Jodoco. 1466.
  44. Caroli IV literae super concordia inter episcopum Preceslaum et principem Opoliensem ratione bonorum in Uiiast. 1370.
  45. Literae Nicolai ducis Opoliensis, in qua fatetur se concordare cum episcopo Wratislaviensi super Uiiast et ceteris bonis clericorum. 1461.
  46. Literae Nicolai ducis Opoliensis ratione concordiae suae cum episcopo et clero, vidimatae per abbatem S. Vincentii. 1462.
  47. Jodoci episcopi literae super concordia facta ratione advocatiae in Uiiast. 1464.
  48. Jodoci episcopi literae super venditionem advocatiae in Uiiast. 1464.

49. Literae reversales super Uiiast capitulo datae per nobilem Micolasch de Biraua. 1502.
50. Venditio, resignatio et cessio advocatiae in Uiiast facta a Biraua pro episcopo Johanne IV. 1509.
51. Reversales super advocatia in Uiiast oppignorata ab episcopo Johanne IV. 1509.
52. Jodocus episcopus fatetur se ad componendum cum duce Conrado, villam Turka in Wartenbergensi, passum fuisse gravari ultra antiquam oppignerationem, centum marcis idque propter dissolvenda debita ratione Cant contracta. 1461.
53. Jodoci episcopi literae super auctam oppignerationem villae Turka in Wartenbergensi. 1462.
54. Dux Conradus cedit ius redimendi bona in Turka Wartenbergensis districtus in gratiam Johannis episcopi et ecclesiae. 1490.
55. Henrici episcopi Wratislaviensis literae vidimatae per senatum Glogoviensem de venditione episcopalis allodii Kemnitz prope Glogoviam ab episcopo facta, cum reservatione census annui ex quolibet manso sex modiorum triplicis grani tritici, siliginis et avenae et unius fertonis. 1319.
56. Episcopi Thomae literae, quibus donat villam Dobresshyci officiali Wratislaviensi. 1284.
57. Capituli literae super villam Hennigsdorff in Grotcoviensi, quae cum et feudum esset devoluta in manus episcopi et capituli, capitulum eam omnino concessit Jacobo episcopo, ita tamen ut is arcem Fridbergensem ecclesiae suis sumptibus emeret et emptor praedictae villae ecclesiae feudatarius esset. 1537.
58. Johannis episcopi literae, in quibus donat tribus fratribus allodium Prosskou et duo molendina reservata saltem sibi decima. 1300.
59. Preceslai episcopi literae, in quibus concedit cuidam Stephano canonico Posnaniensi 25 villas Polonicas prope Boleslaviam ad episcopatum Wratislaviensem pertinentes ad tempora vitae. 1360.
60. Literae Conradi episcopi ratione villae Grunau, concessae 1421 cuidam Nicolao Pockeler pro 180 marcis cum pacto reemendi, quam pecuniam episcopus Andreas propria manu super ipsas literas gloriatur ad ecclesiae utilitatem, scilicet reluisse et ita villam, si displicet, recuperasse.
61. Transsumptum factum anno 1464 literarum domini Conradi ducis Silesiae, Olsnensis ac filii sui Conradi super emptione castri Militzsch, facta ab ipsis cum episcopo et capitulo. 1358.
62. Jacobi episcopi literae, quibus in gratiam Henrici Schindel confirmat et amplificat libertates super villas Neudorff, Czaukowitz, Kosel et Thimendorff in Cantensi sitas, salvo semper iure episcopatus. 1534; vidimatae per Senatum Wratislaviensem 1545.
63. Literae Cantensium super cessionem iudiciorum Scultetiae in Neudorff. 1529.
64. Cessio iuris super villam et scultetiam Neudorff facta per abbatissam s. Clarae. 1524 et 1529.
65. Petrus episcopus concedit Pilgramo Czesslau supremum ius et absolutum dominium villae Bischoffsdorff in Bernstatensi districtu. 1454.  
Item aliae episcopi Petri literae super dictam villam Bischoffsdorff, in

quibus fatetur se isti Pilgramo vendidisse villam pro centum ducatis Ungaricis cum pacto reemendi. 1455.

LL. CONFIRMATIONES EMPTIONUM AUT ALIORUM CONTRACTUUM. ITEM CONTRACTUS EPISCOPORUM ET CAPITULI CUM ALIIS CELEBRATI

1. Episcopus Johannes V confirmat emptionem villae Neudorff in Cantensi inter Henricum Czirn venditorem et Henricum Schindel emptorem factam. 1507.
2. Idem episcopus confirmat alium quemdam contractum super eadem villa factum inter dominam Margaretam Tzschetzschau et Henricum Schindel. 1517.
3. Auffbietebrieff des gutts Neudorff. 1519.
4. Johannis III episcopi literae confirmantes emptionem scultetiae in Sanditz. 1299.
5. Traditio scultetiae in Czauchlitz. 1329.
6. Preceslaus episcopus confirmat permutationem 4 mansorum in Bodensdorff cum 3 mansis in Peterssheide. 1375.
7. Henrici ducis Wratislaviae confirmatio emptionis molendini retro s. Lazarum. 1324.
8. Katharina ducissa Bregensis confirmat emptionem villae Bisternitz in Olaviensi pro Hankone Czambori de Sunnenberg. 1355.
9. Episcopus Preceslaus confirmat emptionem bonorum K̄alii prope Czirkwitz ita tamen, ut novus possessor seviat episcopo quoties opus est cum uno equo et balista itemque solvat annuatim 1/2 marcam pro decima. 1349.
10. Literae civitatis Lignicensis super commutatione horti et quorundam agrorum episcopi pro quibusdam aliis domibus, horeis et areis in suburbio propter munitionem civitatis. 1426.
11. Ludovici ducis Lignicensis literae super permutatione quarumdam arearum ecclesiae cum aliis areis in suburbio Lignicensi. 1426.
12. Praefectus Curiae episcopalis confirmat emptionem cuiusdam domus retro Summum. 1462.
13. Literae praefecti Curiae episcopalis super quamdam domunculam retro Summum, quae nunc pertinet ad Hospitale s. Johannis. 1447.
14. Aliae literae super eandem domunculam. 1483.
15. Ternae literae: quarum primae sunt — confirmatio emptionis cuiusdam piscinae sub civitate Otmuchoviensi sitae. 1471. 2.b — commutatio civitatis Otmuchoviensis quaedam iura concedentis capitaneo Nicolao Sitzsch pro aliis bonis et agris ab eodem acceptis. 1472. 3.c — confirmatio istorum omnium per episcopum Rudolfum. 1473.
16. Episcopi Preceslai literae confirmatoriae super venditionem iudicii in Buchwaldsdorff cum molendino, tertio denario, taberna, carnificio, pistoria, piscatura, pastura ovium, servitio trium hortorum, quibusdam agris. 1359.
17. Preceslai episcopi literae confirmatoriae super venditionem mediae partis iudicii in Buchwaldsdorff cum attinentiis, excepto duntaxat molendino, facta Johanni filio sculteti ibidem. 1376.
18. Preceslaus episcopus confirmat venditionem villae Prossimssdorff in Nisensi. 1372.



19. Wenceslaus episcopus confirmat venditionem villae Prossimssdorff in Nissensi. 1416.
20. Wenceslaus episcopus confirmat venditionem scultetiae in Buchelssdorff factam Bernhardo Baratsch. 1407.
21. Conradi episcopi literae confirmatoriae emptionis eiusdem scultetiae in Buchelssdorff. 1438.  
Item renunciatio iuris in Buchelssdorff per Johannem Überscherer. 1502.
22. Preceslai episcopi literae confirmantes venditionem scultetiae in Rathowitz. 1371.
23. Henrici ducis Silesiae confirmatio permutationis boni Schalkau, quod capitulum dedit pro villa Zarkovo. 1290.
24. Conradi ducis Silesiae, Glogogiae etc. confirmatio emptionis villae Zache. 1262.
25. Regium officium Wratislaviense confirmat oppignerationem 1/4 unius mansi in villa Craiikau. 1364.
26. Confirmatio emptionis allodii albi ante s. Mauritium pro quodam cive Wratislaviensi facta per Conradum ducem Steinaviensem, decanum Wratislaviensem. 1421.
27. Johannes IV confirmat emptionem boni Adelssdorff pro domina Anna Öttweinin et heredibus ipsius. 1498.
28. Confirmatio emptionis boni Leipau in Grotcoviensi. 1417.

#### MM. IUS PATRONATUS IN QUASDAM ECCLESIAS ET ALTARIA

(Ius patronatus in Jerischau vide M. 8, 9)

(Ius patronatus in Lichtenberg vide BB. 50).

1. Abbas s. Vincentii donat episcopo ius patronatus super ecclesiam in Tosec. 1264.
2. Instrumentum publicum, quo Johannes rex Bohemiae donat episcopo et ecclesiae Wratislaviensi ius patronatus in Alta Ecclesia et Bythom circa Glogoviam Magnam. 1345.  
(Vide infra 9).
3. Wenceslaus episcopus revocat sub poena suspensionis ab ingressu ecclesiae ius patronatus archidiaconorum in tota dioecesi Wratislaviensi. 1345<sup>17</sup>.
4. Balthazaris episcopi confirmatio iam factae donationis a Jacobo episcopo iuris patronatus super altare Corporis Christi ad s. Jacobum Nissae et domum annexam pro capitulo. 1544.  
(Vide GG. 8).
5. Documenta iuris patronatus in Leipe, producta a nobili Casparo a Bischofsheim. 1597.
6. Collatio parochiae in Oltaschin vigore praesentationis factae a procuratore praepositi. 1535.
7. Rex Carolus IV donat ius patronatus ecclesiarum in Fürstenau et Cant abbati Opatoviensi. 1348.
8. Abbas Opatoviensis permutat ius conferendi unum canonicatum et praebendam in Lignitz, itemque ius patronatus ecclesiarum in Fürstenau et

<sup>17</sup> Berghius podał tutaj błędną datę (1345). Dokument ten pochodzi z 6.4.1395 r. Na jego odwrocie jest zapiska: „Reuocatio iurisdictionis Archidiaconorum dioecesis Wratislaviensis 1345”, na której się widocznie oparł, nadpisując nad nią słowa „Wenceslai Episcopi”.

Cant cum praepositura Noviforensi ab episcopo Wratislaviensi sibi tradita. 1349.

9. Instrumentum publicum, quo Henricus dux Glogoviae reservat sibi ius patronatus in Bythom, et ius patronatus super Alta villa donat episcopo et ecclesiae s. Johannis. 1345.  
(Supra 2).
10. Cessio iuris patronatus super ecclesiam in Gostoma pro commendatore in Czültz. 1350.
11. Instrumentum super cessione et donatione iuris patronatus pro Balthasare Promnitz, super tria altaria in ecclesiis parochialibus Wratislaviae. 1532. Item Jacobi episcopi confirmatio cessionis et donationis iuris patronatus iam dicti. 1532.
12. Cessio iuris patronatus super beneficia et altaria ecclesiae collegiatae in Ottmucha. 1419.
13. Cessio iuris patronatus super altare B. Virginis, Omnium Sanctorum et s. Clementis in ecclesia in Bettlern pro praeposito Wratislaviensi et suis successoribus. 1451.

#### NN. EPISCOPORUM IURISDICTIO, AUCTORITAS ET PRAECELLENTIA

1. Copia sententiae latae ab episcopo Petro inter Bolkonem ducem Silesiae et Wratislavienses. 1453.
2. Carolus IV imperator et rex Bohemiae committit episcopo Preceslao et capitaneo Wratislaviensi executionem in causa dotalitiae ducissae Bregensis, cui a Wenceslao duce Lignicensi satisfieri debebat. 1356.
3. Literae Henrici Schweinichen et multorum aliorum fideiussoriae nomine spondentium, ab ipso Schweinichen non vindicatum iri incarcerationem ab episcopo ipsi inflictam. 1494.
4. Renunciatio exemptionum facta per abbatem et conventum monasterii Lubensis Ordinis Cisterciensis et submissio sub episcopatum facta episcopo Preceslao. 1364.
5. Sententia lata per pares Curiae Episcopalis inter Wolframum de Melitz parte ex una, et Paskonem Röstel de Breschau parte ex altera. 1348.
6. Concordia facta per Pares Curiae Episcopalis inter Petrum Czedlitz et Nicolaum fratrem suum. 1413.
7. Rudolphi episcopi literae super concordia inter Johannem et Nicolaum Kothalinsskii fratres eorumque sororem Magdalenam. 1480.
8. Episcopus Nankerus declarat Johannem regem Bohemiae, capitaneum et consules Wratislavienses propter occupationem decimarum in ducatus Wratislaviensi, Noviforensi excommunicatos esse. 1340.
9. Episcoporum plena iurisdictio in iudaeos sub suo dominio commorantes per Corolum IV confirmatur, ita ut nec quisquam eosdem quavis de causa hinc evocare vel ad aliud forum trahere debeat. 1357.
10. Reversales sive recognitio Alberti regis Romani quod receperit subsidium a Iudaeis in territorio ecclesiae habitantibus sine praeiudicio libertatum ecclesiae. 1439.

Episcoporum varios processus contra duces et alios vide sub litera T.

Sententiam officialis Wratislaviensis contra Conradum ducem Silesiae, dictum Album, in caussa villae Stubna, quam dux de facto sibi vindicare ausus fuerat — vide AA. 82.

11. Laurentii episcopi literae, quibus ad instantiam ducis Opoliensis decernit, quale telonium per Olesno et senor transeuntibus sit solvendum. 1226.
12. Investitura Officialis Wratislaviensis de mandato episcopi Preceslai pro praepositura Haynensi ex caussa permutationis pro quodam altari in ecclesia Wratislaviensi. 1358.
13. Ludovici regis rescriptum ad episcopum Jacobum, quo conceditur episcopo facultas detinendi et alias procedendi contra famulos Fuccarorum, nisi consuetas vias, scilicet Nissam transeundo, in deducendo cupro observent. 1526.
14. Copia literarum Vladislai regis ad Casimirum ducem Teschinensem supremum Silesiae capitaneum 1504 in causa sessionis ac praecedentiae episcopi, principium ac statuum Silesiae vidimata per senatum Opoliensem. 1618.
15. Copia earumdem literarum in lingua Bohemica — vidimata per senatum Neostadiensem in Opoliensi. 1618.

## OO. DEPOSITA SCRIPTA APUD CAPITULUM

1. Credentiales et chirographum ablegatorum ducum Lignicensium in causa depositarum quarumdam literarum. 1499.
2. Capitulum fatetur, quasdam literas ducis Lignicensis apud se fuisse depositas. 1532.
3. Caroli IV regis Romanorum et Bohemiae literae super dotalitio Katharinae ducissae Brigensis, videlicet 10000 marcarum. 1353.
4. Instrumentum ultimae voluntatis domini praepositi Cruciferorum in Gnesna. 1368.
5. Testamentum Katharinae ducissae Brigensis. 1358.
6. Transsumptum privilegii ducum Olsnensium dati per Wenceslaum regem. 1367.
7. Testamentum Margaretae de Nötzen, Wratislaviae in platea s. Adalberti. 1412.  
Item eiusdem Margarethae testamentum coram scabinis factum Wratislaviae. 1410.
8. Testamentum Catharinae Königsbergerin in Arena. 1477.
9. Magnatum et procerum Bohemiae ac Moraviae literae ad concilium Constantiense, minoriae, pro Hussitarum asseclis et Hieronymo Pragensi. 1415.
10. Capitaneatus Wratislaviensis literae emptionis et venditionis super bonis Schalkau, Buschwitz, et Rhumenau pro domino Petro de Krickau. 1525.
